- Constit. Innocentii XI. Quarto Idus Martii 1677, itemque alteram Alexandri VIII. 11. Kal. Febr. 1690, tandem Benedicti XIV. 3. Non. Martii 1743. contra subripiantes, asportantes, et detinentes hostias consecratas confirmavit, ampliavit, et declaravit Const. 44. §. 5. et seq. » 103
- Constitutio Clementis X. diei 12. Julii 1672. super jure tributo Priori Generali Ordinis B. M. de Monte Carmelo, visitandi Conventus, et Monasteria Virorum, et Mulierum reformatæ Congregationis Mantuanæ confirmatur. Constit. 94. §. 10. » 295
- Constitutionem Clementis XII. 4. Kal. Febr. 1734, et Benedicti XIV. 26. Jan. 1752. contra homicidas confirmavit, declaravit, et extendit Const. 139. §. 1. et seq. . . . » 317
- Constitutionem Benedicti XIV. diei 2. Jan. 1741. qua privilegia, et indulta concessa a Summis Pontificibus prædecessoribus, Civitati Forolivii, approbat confirmat, et innovat Constit. 152. §. 2. . . . » 343

CURLANDIÆ DUCATUM

Dolet Pontifex cum Poloniæ Rege, quod in deferendo illius

- filio Curlandiæ Ducatu, tales inductæ sint iniquæ conditiones, quibus Catholicæ Religionis jura, partim neglecta, partim labefactata fuisse videntur Epist. 133. §. 1. . . . pag. 308
- Adeoque illustrem hunc Regem hortatur, ut sua auctoritate, et Religione, nova pacta proscribat, illaque observari minime sinat §. 2. . . . » ib.
- In quo ut caute prudenterque se gerat insinuat, quum ea sit Christiana prudentia, quæ cum summa Catholicæ Religionis custodia conjuncta est, quæque intelligit verum Dei cultum, præ omni humana dignitate, preferendum esse §. 3. » ib.
- In hoc autem argumento, Poloniæ Regis Confessarium adhortatur, ut de novationibus hisce, ac scandalis removendis cum prælaudato Rege agat Epist. 134. §. 2. . . . » 309
- Item ipsi novo Curlandiæ Duci Literas mittit, quibus significat, amplissimum dignitatis, et honoris gradum, habere posse honoris vocabulum, sed non veritatem, nisi sit cum Catholicæ Religionis salute, et dignitate conjunctum Epist. 135. §. 2. . . . » 310
- Omnipotenti etenim Deo, qui est Rex Regum, et Dominus Dominantium, grata, et accepta esse Dominatio non potest, quæ ab aliquo sanctissimæ, incorruptæque fidei illato vulnere exordium sumpserit §. eod. . . » ib.
- Hinc novum Ducem exhortat, quod adversariorum Catholicæ fidei molimina evitet, et se ab eorum periculosa societate separet §. 3. . . . » ib.
- Nihil enim ex omnibus rebus humanis præclarior est, atque prestantius, quam de ipsa Catholica Religione bene mereri §. eod. . . . » ib.
- Ad perniciosas novitates in Curlandia introductas removendas, Gnensensis Archiepiscopi adjunctrices manus provocat Epist. 136. §. 1. et 2. . . . » ib.
- Eundemque hortatur ut in proxime futuris Regni Comitibus, sua comendatione, studio, auctoritate, alios quoque excitet Poloniæ Antistites ad Catholicam Religionem in pristinum

gradum, et locum collocan-
dam §. 3. pag. 311
Pontificium etiam exprimit do-
lorem pro innovationibus in
Curlandiæ Ducatu, Episcopo
Livoniensi, in cuius Ecclesia-
stica jurisdictione situatus est
Ducatus ipse Epist. 137. §. 1.
et 2. " ib.
Livoniensem Episcopum de aliis
hac super re perscriptis Lite-
ris certiore facit, ad damna
illata Christianæ Religionis re-
movenda §. 3. " 312
Hortatur tandem prælaudatum
Episcopum, ut in proximis
Regni comitiis, Catholicæ Re-
ligionis causam agere, et pro-
tueri curet §. eod. " ib.

D

D A P I F E R I

Dapiferis postremi Conclavis, pri-
vilegia quædam, indulta, et
exemptiones conceduntur Con-
stit. 2. §. 1. ad 12. " 2
ad 8
Scilicet creantur Commensales,
Notarii Apostolici, Nobiles,
et Cives §. 1. " 2
Indulgetur eisdem, ut jus Civi-
tatis ad eorum hæredes per-
transeat §. 2. " 3
A Gabellis liberantur §. 3: " ib.
Illegitimi, legitimis natalibus re-
stituuntur §. 4. " ibid.
et
seq.
Decernitur, ut ad Dignitates resti-
tuantur §. 5. " 4
Mandatur, expeditionem Litera-
rum gratis fieri §. 6. " ib.
Facultas transferendi pensiones us-
que ad summam centum ducatorum impertitur §. eod. " ib.
Indulget retentionem pensionum
ad summam ducatorum bis-
centum §. 7. " 3
A necessitate deferendi habitum,
dispensat §. eod. " ib.
Bona ipsorum a spoliis liberat,
testandique facultatem indul-
get §. 8. " ib.
Eximuntur a moiestiis §. 9. " ib.
Conceditur expeditio gratiosa ha-
rum Literarum §. 10. " 6
Dapiferorum singula nomina re-
censentur " 7

Bull. Rom. Tom. I.

DECRETA

S. CONGREGATIONIS CONCILII.

Decreto S. hujus Congregationis
diei 7. Junii 1755. sexdecim
dubiis respondit, super Epis-
copalia jura erga Regulares in
Diæcesi Olomucen. Const. 26.
§. 6. pag. 74
Nempe
I. » Parochos Regulares cujus-
cumque Ordinis illi sint, exer-
centes curam animarum per-
sonarum secularium, et non
comensalium in Parochiis, li-
cet illæ in Monasteriis exem-
ptis sint unitæ, et adnexæ,
et cura animarum resideat in
Abbatibus, Visitationem Epis-
copi sive per se, sive per alium
factam, subire tenentur in iis
quæ respiciunt curam anima-
rum §. 5. et 6. " 73
II » Dicti Parrochi, procuratio-
nem solvere tenentur; vocati
ad Synodum, accedere sunt
cogendi; Festa Diæcesis popu-
lo annuntiare, et celebrare de-
bent; tandem Chrisma, et Olea
Sacra ab Episcopo accipere §.
eod. " ib.
III. » Parrochi Regulares, etiam-
si sint Abbates, nequeunt a
Superioribus Regularibus ad
curam animarum destinari, il-
lamque exercere sine appro-
batione Episcopi §. eod. " ib.
IV. » Nequeunt Regulares dari
in Coadjutores dictorum Par-
rochorum a Superioribus Re-
gularibus, sine expressa licen-
tia Episcopi, insuperque in po-
testate Episcoporum est, in
approbatione Confessariorum
Regularium, limitare eorum-
dem facultates, non solum
quoad tempus, sed etiam quoad
personas, et loca in quibus de-
beant confessiones audire §.
eod. " ib.
V. » Abbates, vel Parochi Re-
gulares nequeunt pro libitu,
et sine licentia Episcopi con-
stituere modo unam, modo
alteram Ecclesiam, sive Cap-
pellam, in qua Sacramenta
a Parochis subministrentur §.
eod. " ib.
VI. » Prælati Regulares, ubi ha-
bent purum jus Patronatus
Parochiarum acquisitum, vel
cessum a Laicis, quibus in

A a a

- hoc succedunt, tenentur Episcopo presentare Sacerdotes seculares, ut antea Laici tenebantur; non possunt vero substituere Monachos, eosque prohibito, absque Episcopi assensu removere §. eod. . . , pag. 73
- VII. » Ad Episcopum spectat cura clausuræ Monasteriorum Monialium Regularibus subjectarum, eandemque clausuram demandare servandam, ad præscriptum Sacri Concilii Trydentini §. eod. . . » ib.
- VIII. » Competit Episcopo, Prælati Regularibus prohibere, ne plures in Anno, occasione visitationis ingrediantur septa Monasterii Monialium sibi subjecti, sine præsentia ejusdem Episcopi, sive alterius personæ ab eo deputandæ §. eod. . . » ib.
- IX. » Episcopus prohibere potest Regularibus, ne sine examine Ordinarii puellas ad habitum, et professionem admittant, et precise ne ad electionem Abbatissarum exemptarum deveniant, non significata Ordinario die electionis, cui Episcopus, sive per se, sive per alium interesse, et presidere possit §. eod. . . » ib.
- X. Jus est Episcopo rationes exigendi ab administratoribus honorum temporalium Monasteriorum exemptorum Monialium, et in administratores delinquentes animadvertere, illosque ad reliquatum solvendum cogere, et prohibere ne dotes alienentur, sine indulto Pontificio, et Episcopi licentia §. eod. . . » 74
- XI. » Confessarii ab Episcopo approbati ad audiendas confessiones fidelium utriusque sexus, nequeunt, sine speciali approbatione Episcopi in Confessarios Monialium exemptarum destinari §. eod. . . » ib.
- XII. » Confessarii Regulares pro audiendis confessionibus unius Monasterii Monialium exemptarum, vel pro una vice approbati, nequeunt censi semper, et pro omnibus Monasteriis Monialium approbati §. eod. . . » ib.
- XIII. » Regulares tenentur pro obtinenda facultate audiendi confessiones, sive secularium, sive monialium, se personaliter coram Episcopo præsentare, neque sufficit a Superioribus de sufficientia, et idoneitate testimonium transmitti §. eod. pag. 74
- XIV. » Prælati, et Abbates seculares, nequeunt sine speciali indulto, Calices, Campanas, aliaque vasa Sacra, in quibus intervenit Sacra Unctio benedicere pro usu alienarum Ecclesiarum §. eod. . . » ib.
- XV. » Abbates, et Prælati seculares, tenentur servare decretum, ab Alexandro VII. editum, circa usum restrictum Pontificalium, Prælati inferioribus concessum §. eod. . . » ib.
- XVI. » Vetitum est Regularibus, Eucharistiam in propriis Ecclesiis exponere sine licentia Ordinarii, neque possunt in propriis Ecclesiis, insolitam Imaginem, seu Sacram Reliquiam ab Ordinario non approbatam exponere; tandem impediuntur in iisdem Ecclesiis prædicare, non petita ab Ordinario benedictione, aut in aliis Ecclesiis sine Ordinarii licentia §. eod. » ib.
- Hæc supra relata decreta ad Dioceses Colonien., Monasterien., Hildesimen., Paderbonen., et Osnabrucen. fuere extensa, eorumque observantia demandata §. 7. » ib.
- Decreta hujus Sacræ Congregationis diei 11. Decembr. 1756., quatuor dubia resoluta sunt in causa jurisdictionis vertente inter Abbatem Generalem Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Virginis, et Episcopum Caputaquen. Const. 57. §. 1. . . » 130
- Itempe*
- I. » Monasterium S. Honuphrii nuncupat *di Massa Diruta* esse Nullius Diocesis, §. eod. » ib.
- II. » Non expedire uti confessariis ab Ordinario non approbatis ad audiendas confessiones personarum secularium in dicta Ecclesia S. Honuphrii §. eod. » ib.
- III. » Sacerdotes Seculares, vel Regulares alterius Diocesis, etiam a proprio Ordinario approbatos, audire posse confessiones personarum secularium

de licentia P. Prioris , seu Ab-
batis pro tempore ejusdem Mo-
nasterii §. eod. . . . pag. 130
IV. » Non esse utendum Fonte
Baptismali in eadem Ecclesia
posito , nisi consulta ipsa Car-
dinalium Congregatione §. eod.» ib.
Hæc supra relata Decreta , con-
firmata per posterius Decretum
diei 30. Julii 1757. , approba-
ta fuere Apostolica auctoritate
§. 2. , et 3. . . . » 131

DECRETA CONGREGATIONIS
EPISCOPORUM , ET RE-
GULARIUM.

Decreto hujus Congregationis de-
mandatum fuit , non esse eri-
gendam Collegiatam Montis A-
ctorum in Firmana Diœcesi ,
non obstantibus Literis Apo-
stolicis S. M. Benedicti XIV. ,
super ipsius Collegiatæ erectio-
ne Const. 13. §. 3. . . . » 39
Decreto diei 17 Novembris 1758
hujus Congregationis refert , et
confirmat , quo favore Minorum
de Observantia Hispanicæ Pro-
vinciæ de Extremadura statui-
tur alternativa , quoad omnia
munia , et officia inter alum-
nos , Professoresque oriundos ex
regionibus sitis supra Tagum ,
et aliis oriundis e regionibus
infra Tagum Const. 24 §. 1
ad 5. . . . » 62
ad 64

Decreto diei 21 Jan. 1757 circa
vacationem Officiorum tam Ab-
batis Generalis , quam Assisten-
tis , et Procuratoris Generalium
Ordinis Monachorum S. Basilii
Magni , confirmatur. Const. 28
§. 5. . . . » 80

Decreto diei 26 Jan. 1759 con-
firmatur , quo statutum fuit ,
Fratres Donatos Provinciæ Lusi-
taniæ non esse compræhensos
in Brevi Benedicti XIV circa
mutationem Pallii ex griseo co-
lore in album , indultam pro
Donatis Provinciæ Hispanicæ
Const. 40 §. 5. . . . » 97

Decreto approbatur , diei 6 Apri-
lis 1759 quo pro Ordine Mini-
morum S. Francisci de Paula
subrogatum fuit Conventum Ci-
vitatis Pitii , ad effectum , quo-
libet sexennio ibidem convo-
candi Capitulum Provinciale
Bull. Rom. Tom. I.

Provinciæ Calabriæ ulterioris ,
præcedenter in Conventu Ca-
tanzari haberi solitum. Const.
65 §. 1, et 2. . . . pag. 143
Confirmatur decretum diei 1 Apri-
lis 1757 , quo statutum fuit , li-
cere Monialibus Cappuccinis lo-
ci de Cologna Vicentinæ Dioe-
cesis , in communi habere red-
ditus , et pensiones , nec non
bona immobilia , legata , cen-
sus ad congruam earumdem
substantationem. Const. 77 §. 3 » 213
Decreto Sacræ Congregationis diei
20 Martii 1760 arbitrio Ordi-
narii Bahyen in Indiis remissa
fuit creatio Conservatorii pro
Mulieribus in loco nuncupato
Arfuahi dictæ Dioecesis , quod
sane Decretum confirmatum
fuit Apostolica auctoritate. Con-
st. 142 §. 2. . . . » 325

DECRETA CONGREGATIONIS
INDICIS

Decreto edito die 6 Maii 1754 pro-
scriptum fuit opus Gallico ser-
mone exaratum , cui titulus =
*Histoire du Peuple de Dieu de-
puis son Origine, jusq'a la nais-
sance du Messie* Const. 23 §. 1 » 61

Item alio Decreto diei 14 Aprilis
1757 , relatum in librorum pro-
hibitorum indice , opus idem in
Italicum idioma subinde con-
versum , hoc titulo = *Istoria del
Popolo di Dio dalla sua Origine
sino alla nascita del Messia.*
§. eod. . . . » ib.

Postmodum Decreto tertio diei 17
Aprilis 1755 vetitum fuit opus
alterum Gallico primum Idio-
mate scriptum , cui titulus =
*Histoire du Peuple de Dieu
depuis la naissance du messie ,
jusq' a lu fin de la sinagogue*
§. 2. . . . » ib.

Decreto Sacræ hujus Congrega-
tionis , prohibitum , damna-
tumque fuit opus , cui titulus
*Encyclopedie , ou Dictionaire
raisonné des sciences , des Ar-
ts ec. = Const. 84 §. 1. . . » 225*

DECRETA CONGREGATIONIS
INQUISITIONIS GENERALIS

Opus Gallico Idiomate impressum ,
cui titulus = *Encyclopedie , ou
Dictionaire raisonné des Scie-
nces , des Artes ec. = una cum*
A a a 2

- successiva editione, correctionibus, et notis referta, sed tamen perniciosas doctrinas continente prohibuit Sacra hæc Congregatio Decreto diei 11 Augusti 1759 Const. 84 §. 3. pag. 223
- DECRETA CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE**
- Decreto hujus Congregationis diei 20 Augusti 1759 confirmata fuit resolutio Capituli Generalis Ordinis Excalceatorum SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum super aggregatione ad Familiam Matris Redemptoris Collegii Romani de Propaganda Fide B. M. Virginis ad Fornaces, et illius subjectione Superiori Generali dictæ Familiæ Const. 88 §. 2. » 232
- DOCTRINA CHRISTIANA**
- Romani Pontifices id sedulo, matureque curarunt, ut pueri, et puellæ in Christiana Doctrina edocerentur Constit. 97. §. 1. » 252
- Benedictus XIV., speciali benevolentia, Archiconfraternitatem Doctrinæ Christianæ de Urbe protexit §. eod. » ib.
- Clemens XIII. præcedentes Ordinationes, et gratias pro ediscentibus, et erudientibus Christianam Doctrinam confirmavit §. 2. » ib.
- Itemque expresse sancivit, ut Presules Visitatores, atque Deputati Archiconfraternitatis Doctrinæ Christianæ, illorum executioni impensius incumbere §. eod. » ib.
- Sed etiam jussit, ut Cardinalis Vicarius pro tempore in Contravenientes condignis pœnis animadverteret §. eod. » ib.
- In collatione subsidiorum dotantium tam nubentium in sæculo, quam in Religione, præter alia requisita, fidem frequentæ, et eruditionis in Christiana Doctrina exhiberi expresse præcipitur §. 3. » 253
- Confirmantur, et ampliantur Ordinationes Clementis XI. quoad Dotes tradendas ab Administratione vulgo *de Lotti*, favore Puellarum, quæ in Magisterio Doctrinæ Christianæ versantur §. 4. pag. 253
- Novæ, et præcisæ Ordinationes sanciantur pro præcisa observantia dotationis faciendæ ab Administratione *Dei Lotti* §. 5. » ib.
- Eidem Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ facultates impertiuntur statuendi regulas pro efformandis elenchis puellarum quæ ad dotalia subsidia imposterum erunt admittendæ §. 6. » ib.
- Cardinali Vicario facultates tribuuntur necessariæ pro præcisa, præsentis Constitutionis Observantia §. eod. » 254
- DUCATUM CURLANDIÆ**
- Vide. *Curlandiæ Ducatum*.
- E**
- ECCLESIASTICA BONA**
- Vide. *Bona Ecclesiastica*.
- ELECTOR BAVARIÆ**
- Avitam Bavaricæ Familiæ observantiam erga Sanctam Sedem, Romanosque Pontifices, landibus comendat Epist. 121. §. 1. » 294
- Bavariæ Ducem hortatur, ut impedimenta contraria Ecclesiasticæ immunitati ab Ambergensibus Magistratibus apposita, remove curet §. 2. » ib.
- ELECTOR COLONIENSIS**
- Absolvitur Elector Coloniensis a juramento præstito ab illius Ministro, Electoris tamen mandato, occasione illegitimæ conventionis cum Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniæ adstipulatæ, antequam præfatus Coloniensis Elector Archiepiscopalem dignitatem, assequutus fuisset Epist. 55. » 128
- Vide. *Principes Electores S.R.I. Germanici Imperii Electores*.
- EPISCOPUS**
- Episcopalis dignitatis virtutes, et merita enumerat per Encyclicam 8. §. 1. ad 19. » 27
- Ad Episcopatum promoveri, neque incongruum, neque inau-

<p>ditum est qui jam prius fuerat ad Cardinalatus honorem elatus. Alloquit. 16. §. 2. pag.</p>	<p>45</p>	<p>Spectat ad Episcopum cura clausuræ Monasteriorum Monialium Regularibus subjectarum, eademque clausuram demandare servandam ad præscriptum Sacrosanti Concilii Tridentini §. eod. pag.</p>	<p>75</p>
<p>Cardinalis Archipresbyter Vaticanæ Basilicæ quotiescumque Episcopali characterè sit insignitus, Vaticani Cleri Ordinationes habere potest, et sacra Olea perficere, et Confirmationis Sacramentum conferre infra octavam SS. Apostolorum Petri, et Pauli. Alloquit. ead. §. 3.</p>	<p>ib.</p>	<p>Competit Episcopo, Prælati Regularibus prohibere, no pluries in anno occasione Visitationis ingrediantur septa Monasterii Monialium sibi subjecti, sine præsentia ejusdem Episcopi, sive alterius personæ ab eo deputandæ §. eod.</p>	<p>ib.</p>
<p>Secus vero tenetur Episcopum designare, qui hæc nomine suo perficiat §. eod.</p> <p>Cæterum non sequitur, Archiepiscopatum Vaticanæ Basilicæ cum Officio Ministerii Episcopalis Ordinis adnecti debere §. 4.</p>	<p>ib.</p>	<p>Episcopus prohibere potest Regularibus, ne sine examine Ordinarii, puellas ad habitum, et professionem admittant. §. eod.</p>	<p>ib.</p>
<p>Episcopis jus est visitandi in iis quæ respiciunt curam animarum Parochias Regulares, cuiuscumque Ordinis sint, licet illæ Monasteriis exemptis sint unitæ, et adnexæ, et cura animarum resideat, in Abbâtibus Const. 26. §. 5. et 6.</p>	<p>73</p>	<p>Itemque prohibere illis potest ne ad electionem Abbatissarum exemptarum deveniant, non significata Ordinario die electionis, cui Episcopus ipse sive per se. sive per alium interesse, et præsidere possit §. eod.</p>	<p>ib.</p>
<p>Ab Episcopo accipere Chrisma, et Sacra Olea tenentur Parrochi Regulares, nec non ad Synodum accedere quoties sunt vocati Const. ead. §. eod.</p>	<p>ib.</p>	<p>Jus est Episcopo rationes exigendi ab administratoribus honorum temporalium Monasteriorum exemptorum Monialium, et in administratores delinquentes animadvertere, illosque ad reliquatum solvendum cogere, et prohibere ne dotes alienentur, sine indulto Pontificio, et ejusdem Episcopi licentia §. eod.</p>	<p>74</p>
<p>Ad Episcopum spectat approbatio Parrochorum Regularium, etiamsi sint Abbates §. eod.</p>	<p>ib.</p>	<p>Sine speciali Episcopi approbatione nequeunt in Confessarios Monialium exemptarum destinari Confessarii illi, qui alias ab Episcopo ipso approbationem obtinuerunt, ad audiendas Confessiones Fidelium utriusque sexus §. eod.</p>	<p>ib.</p>
<p>Itemque licentia pro Coadjutoribus dictorum Parrochorum, qui a Regularibus superioribus dantur §. eod.</p>	<p>ib.</p>	<p>Coram Episcopo se presentare tenentur Regulares pro obtinenda facultate audiendi Confessiones, sive Secularium, sive Monialium neque eis sufficita Regularibus Superioribus de sufficientia, et idoneitate testimonium transmitti §. eod.</p>	<p>ib.</p>
<p>Episcopi jus habent in approbatione Confessariorum Regularium, limitandi eorumdem facultates, non solum quoad tempus, sed etiam quoad personas, et loca, in quibus debent Confessiones audire §. eod.</p>	<p>ib.</p>	<p>Episcopi licentia requirunt ad hoc ut Regulares queant Eucharistiam in propriis Ecclesiis exponere §. eod.</p>	<p>ib.</p>
<p>Sine Episcopi licentia, nequeunt Abbates, vel Parrochi Regulares constitnere, modo unam modo alteram Ecclesiam sive Cappellam, in qua Sacramenta a Parrochiis subministrantur §. eod.</p>	<p>ib.</p>	<p>Approbatio Episcopi necessaria est, ut insolita Imago, aut Sacra Reliquia exponatur, in Regularium Ecclesiis §. eod.</p>	<p>ib.</p>
<p>Episcopo præsentare tenentur Sacerdotes Seculares pro Parochiali exercitio, Prælati Regulares qui polent Jure patronatu Parrochiarum acquisitum, vel cessum ex Laicis, neque sine Episcopi licentia possunt Monachos eisdem substituere, vel pro libitu removerè §. eod.</p>	<p>ib.</p>		

- Ordinarii Benedictionem petere tenentur Regulares, ut in eorum Ecclesiis valeant prædicationis munus explere § eod. pag. 74
- Romani Pontifices, magna in extimatione, et honore habent Antistites Catholicæ Ecclesiæ Epist. 74. §. 2. » 209
- Adeoque eorum expositionibus plurimum deferre solent, maxime dum sibi commissarum Ecclesiarum necessitates Pontificis animo subiiciunt §. eod. » ib.
- Episcopi frequenter Clericos commonere debent quod si quid illis constiterit ab eis admitti Clericali statui indecorum, huiusmodi turpitudini pro casus gravitate, pœnarum applicatione se finem imposituros Const. 87. §. 14. » 230
- Prohibere debent Episcopi, et pro opportunitate coercere Clericos illos, quos industriam operamque impendere constiterit in abjectis Laicorum obsequiis, vel in administratione, et cura eorumdem negotiorum, vili constituta mercede §. 15. et 17 » ib.
- Curent Episcopi, ne Clericos ad Sacros Ordines promoveant, nisi ex Ecclesiastico Beneficio, Pensione, aut Patrimonio, talem reapse percipiant annui redditus summam, quæ synodalibus cujuscumque Diœcesis statutis, aut legitima consuetudinesunt definita §. 16 » 231
- Civitatibus, et Locis, quibus Episcoporum præsidium, præsto esse non potest, Romanus Pontifex congruis Apostolicæ providentiæ remediis succurrere debet Const. 89. §. 1. » 233
- Hinc Romani Pontifices periclitantibus Ecclesiis, non per Italianam modo, sed per universum Christianum Orbem prosequuntur, sive hortatu, sive auctoritate, sive missis ab Urbe Apostolicis viris §. eod. » ib.
- Episcopus nequit absque Pontificis Mandato, jurisdictionem quasi Episcopalem tribuere Sacerdoti seculari in Territorio separato, quod Nullius Diœcesis appellatur, quodque Summo tantum Pontifici subjectum est Epist. 125. §. 2. pag. 299. Epist. 129. §. 2. » 305
- Neque permittitur Episcopo in propria Diœcesi, absque pariter Pontificis auctoritate, jurisdictionem quasi Episcopalem alicui Presbytero, vel Parrocho tribuere, et ita Territorium a Territorio separare §. 125. §. 3. pag. 306
- Prohibetur Episcopis naturam Beneficii Regularis immutare, et Regularium jurisdictionem in Sacerdotem secularem transferre §. 4. » ib.
- Sacerdos Secularis, jurisdictionem quasi Episcopalem a Romano Pontifice, minime obtinens, nulliter Sacramenta dispensat, Confessarios approbat, et Clericos ordinat §. 7. . . » ib.
- Ordinarii locorum laxare minime possunt suspensionem ab Ordinum exercitio, in qua incurrerunt Religiosi viri, a Prælati Regularibus expulsi ob morum pravitatem Epist. 145. §. 4. » 331
- Vide *Homicidæ*.
- EPISCOPUS CULMEN**
- Facultatem fecit Episcopo Culmen nominandi ad tres Canonicatos in Cathedrali Ecclesia Culmen in Mensibus Sanctæ Sedi reservatis, per obitum illos obtinentium, primo vacaturos Const. 58. §. 1. . . » ib.
- Qui sane nominati, collationem præbendarum ab Nuntio Apostolico in Polonia obtinere debebant, et intra octo Menses a collationis die, Apostolicas Literas expedire sub plumbo, indicta in casu inobservantiæ privationis pœna §. 1. et 4. » 332
- EPISCOPUS ELNENSIS**
- Elnensis Episcopi comendat rationem redditam circa regimen cujusdam Parreciæ, cui se uberius prospecturum in sacra visitatione pollicitus fuerat, et ut in proposito persistat hortatur, et Sanctæ Sedis præsidium promittit. Epist. 131. §. Unic. » 306
- EPISCOPUS LIVONIENSIS**
- Livoniensi Episcopo, Pontificium exprimit dolorem pro innovationibus in Curlandiæ Ducatu, in Episcopi prælaudati Eccle-

siastica jurisdictione sito. Epist. 151. §. 1. et 2. . . . pag. 311
 Episcopum hunc, de aliis super hac re perscriptis Literis certiore[m] facit, ad damna illata Catholicæ Religioni removen- da §. 3. " 312
 Adeoque illum hortatur, ut in proxime habendis Regni comitiis, Catholicæ Religionis causam, agere, et protueri curet §. eod. " ib.

EPISCOPUS UTINENSIS

Ab Utinensi Diœcesi dismembrat, et separat, atque Vicentinæ Diœcesi incorporat Ecclesias B.M.V. de Lonigo, et SS. Firmi, et Rustici, sitas in Territorio ejusdem Vicentinæ Diœ- cesis Const. 95. §. 3. et 4. " 248

EPISCOPUS VICENTINUS

Ecclesiam B.M.V. de Lonigo ad Monachos Ordinis, et Congrega- tionis S. Benedicti Montis Oliveti spectantem, nec non alteram SS. Firmi, et Rustici infra limites Parreciæ Castri Gemberti, et sitas in Territo- rio Diœcesis Vincentinæ licet alias Aquilejensi Patriarchæ, deindeque Episcopo Utinensi pertinerent, nunc Vicentinæ Diœcesi incorporat, et unit Const. 95. §. 3. et 4. . . . " ib.

EXEMPTIONES

Vide. *Dapiferi. Conclavistæ. Fa- miliares Pontificii. Cappellani Pontificii.*

F

FACULTAS PARIENSIS THEOLOGICÆ

Facultatem hanc effusis laudibus comendat, pro adhibitis stu- diis, ad venenos errores de- tegendos, quibus inficiebatur proscriptus Apostolica aucto- ritate Liber de *P' Exprit.* Epist. 64. §. 1. " 142
 Prælaudatam Facultatem exhor- tat, ut in Religione tuenda persistat, suis studiis, et la- boribus §. 2. " ib.

FAMILIARES PONTIFICII

Familiaribus Sanctitatis Sux pri- vilegia quædam concessit Cle- mens XIII. Const. 23. §. 1. ad 20. pag. 64
 ad 72

Nempe

Absolvuntur a censuris §. 2. " 64
 Nec non Motu-Proprio creantur Notarii, Comites, Nobiles, et Cives §. eod. " 65
 Horum privilegia recensentur eis- dem concessa cum quibusdam restrictionibus §. 3. " ib.
 Eximuntur a Decimis, aliisque impositionibus, ea exempta pro auxilio contra infideles §. 4. " ib.
 Permittitur eis pluralitas Benefi- ciorum §. 5. " 66
 Eximuntur a residentia, duran- te familiaritate §. 6. : . . . " ib.
 Conceditur facultas recipiendi Or- dines extra tempora, et sine licentia §. 7. " ib.
 Item audiendi, et docendi leges Causasque Ecclesiasticas, et civiles tuendi §. 8. " ib.
 Nec non eligendi sibi Confessa- rium cum peramplis faculta- tibus §. 9. " ib.
 Pensionum translationem ad sum- mam 300 ducatorum ab eis fieri quocumque tempore con- cedit §. 10. " 67
 Facultatem tribuit testandi usque ad Ducata 6000 et sine solem- nitatibus §. 11. " 68
 Indultum impertitur in casu in- testatæ successionis, aut mi- nus validæ dispositionis §. 12. " ib.
 Fidei professionem, et fidelitatis juramentum emittendum præ- scribit, ante creationem in Se- dis Apostolicæ Notarios §. 18. " 71
 Declarat, præsentia privilegia, minime suffragari pro familia- ribus prædecessorum Pontifi- cum. §. 20. " ib.

FERRARIÆ CIVITAS

Duces Extenses, omnestudium, diligentiamque adhibuere, pro levamine, et decore familia- rum Ferrariensium Const. 67 §. 2. " 160
 Hercules I. Ferrariæ Dux, facul- tatem fecit investitis in Feudis, liberæ eorundem alienationis

- in feminis etiam prævia tantum Ducis permissione §. eod. pag. 160
 Ex qua concessione, feudalia bona, semper Ferrariæ ad instar allodialium sunt habita §. eod. » ib.
 Clemens VIII. Ducem Extensium privilegia, et gratias primum confirmavit §. 3. . . . » ib.
 Gregorius XV. præcepit, Feudalia bona, quæ vacare contigerit, Civibus originariis, et defuncto proximioribus concedi debere §. 4. . . . » 161
 Urbanus VIII. defectum insinuationis Literarum Gregorii XV. sanavit, novumque tempus ad eam insinuationem peragendam in Camera Apostolica præfinit §. 5. . . . » ib.
 Idem Pontifex ad augendam Familiam Nobilem in Civitate Ferrariæ, nonnulla devoluta bona Feudalia, Comitibus *di Castel Ferretti* Anconitanis concessit §. 6. . . . » ib.
 Supra relata privilegia, concessionem, et gratias confirmavit Clemens XIII. constitutione hac §. 7. . . . » 162
- FESTIVITAS IN GENERE**
- Festa Diœcesis, Populo annuntiare, et celebrare debent Parrochi Regulares, cujuscumque Ordinis illi sint Const. 26 §. 5, et 6. . . . » 73
 Festivitates nonnullæ dispensatæ fuerunt pro Diœcesibus Miranden, Angrien, et Malecitan in Hispania, persistente tantum onere audiendi Missam Const. 31 §. 3. . . . » 85
 Itemque pro locis subjectis Abbatix Monasterii S. Juliani de Samos Ordinis S. Benedicti Nullius Diœcesis, Provinciæ Compostellanæ sub eadem lege Const. 143 §. 3. . . . » 334
 Et pariter pro locis subjectis Abbatix Monasterii de Saghagun ejusdem Ordinis, Nullius Diœcesis, in præfata Compostellana Provincia, sub iisdem reservationibus Const. 147. . . » ib.
- FOROLIVIENSIS CIVITAS**
- Privilegia, et indulta a Summis Pontificibus concessa Civitati Forolivii, et signanter Magistratui quem appellant *de No-*
vanta Pacifici jam a Benedicto XIV. approbata, confirmat, et innovat Const. 152 §. 1 ad fin. . . . pag. 338
 Bibliotheca ab Advocato Marco Antonio Albicini prælegata favore Congregationis Sacerdotum Missionis, et ab eis renunciata donatur Communitati Civitatis Forolivii, in publicam Civium Foroliviensium utilitatem, et usum Const. 153. §. 4. » 344
- FRATRES ORDINIS S. AUGUSTINI EXCALCEATI**
- Ad removenda jurgia, et dissensiones, proxime celebrandum Capitulum Provinciale suspendit, et Priorem Provinciale, cæterosque Officiales ad sexennium nominat Const. 123 §. 2. » 296
 Suspenditur receptio Novitiorum, usque ad Diffinitorii Generalis resolutionem super futurorum recipiendorum numero §. 4. . . . » 297
 Conventus Civitatis Firmi pro Conventu Novitiatus perpetuo assignatur §. 5. . . . » ib.
 Pro Professorum vero educatione perpetuo pariter assignatur Conventus Civitatis Ferrariæ §. eod. » ib.
- FRATRES ORDINIS B. M. V. DE MONTE CARMELO**
- Bonifacius VIII. huic Ordini concessit Ecclesiam S. Martini ad Montes cum adnexis domibus et Hortis in locum conventus S. Juliani in Urbe, in quo Fratres antea morabantur Const. 50 §. 2. . . . » 114
 Urbanus VIII. Domum, et Conventum S. Antonii Prænestis hujus Ordinis, una cum bonis, et juribus universis exemit a jurisdictione Prioris Provincialis Provinciæ Romanæ, et superioritati ac gubernio comisit Prioris Generalis §. 3. » ib.
 Clemens XIII. prædictos Conventus S. Martini ad Montes et S. Antonii Prænestis, a subjectione Prioris Generalis liberavit, et Provinciæ Romanæ univit, atque incorporavit §. 5. » ib.
 Fratres hujus Ordinis pro Provincia Gallo Provinciæ obtinuerunt a Benedicto XIII., ut instituere, et stabilire possent

adfiliationes ad instar aliorum
 Conventuum Italiæ, et Pari-
 siensis Const. 54 §. 1. . . pag. 126
 Quarum adfiliationum regulas,
 Prior Generalis Præfati Ordi-
 nis instituerat, et observari
 mandaverat in universa Gallo-
 Provincia §. eod. " ib.
 At illarum exequutio locum ha-
 buerat in uno tantum Conventu
 Avenionis §. 2. " 127
 Adeoque a Clemente XIII. præ-
 scriptum hac Constitutione fuit,
 ut cæteri Gallo-Provinciae Con-
 ventus ad præfatarum regula-
 rum observantiam tenerentur
 §. 3. " ib.
 Insignis hujus Ordinis merita,
 et virtutes comendantur Const.
 62 §. 2. " 138
 Cathedra Theologiæ Moralis in
 Archigymnasio Sapientiæ Almæ
 Urbis, huic Ordini perpetuo
 attribuitur, ab altero ex ejus-
 dem Alumnis Professis exer-
 cendam, cum omnibus emo-
 lumentis, honoribus, et oneribus
 Cathedræ ipsæ antea per-
 tinentibus §. 4. " 139
 In electione Provincialis Provin-
 ciæ Neapolitanæ alternativa con-
 stituta est inter Magistros ipsius
 Neapolitanæ Familiæ, et Ma-
 gistros Carmeli Majoris Civi-
 tatis Neapolim Const. 81 §. 1. " 219
 Socius Provincialis pro sacra vi-
 sitatione, pertinet ex altera par-
 te in qua non adest Minister
 Provincialis §. eod. " ib.
 Secretarius Provincialis nominari
 semper debet ex Patribus Pro-
 vinciaæ §. eod. " ib.
 In Conventu Carmeli Majoris,
 omnes pro tempore Priores, et
 ex-Priores, qui sunt Magistri,
 Diffinitores perpetui habentur
 §. eod. " ib.
 Hinc Diffinitores actuales eligen-
 di sunt tres ex parte Provin-
 ciæ Neapolitanæ, unus tantum
 vero ex parte Carmeli Majoris
 §. eod. " ib.
 Diffinitorum ordo, et præemi-
 nentia, a pluralitate suffragio-
 rum dependet §. eod. " ib.
 Socii Capituli Generalis bini de
 Provincia esse debent, quate-
 nus Provincialis est Ex Carme-
 lo Majori, quatenus vero ex
 Provincia, socius unus ex utra-
 que parte esse debet §. eod. " ib.
 Custos Provinciaæ, et Provincia-

lis nominatus *Casu quo*, in-
 discriminatim pro unaquaque
 parte eligi potest §. eod. pag. 219
 In casu mortis, Assumptionis,
 et Renunciationis Provincialis,
 Vicarius Provincialis eligendus
 est ex parte, quæ Provincia-
 latu fruebatur §. eod. " ib.
 Capitulum Provinciale celebran-
 dum erit in Provincia, quo-
 ties Provincialis ex Carmeli Ma-
 joris parte eligendus est, et
 viceversa §. eod. " ib.
 In convocatione Capituli Provin-
 cialis in Carmelo Majori, Pro-
 vincia solvet taxam Ducatorum
 centum quadraginta, in Pro-
 vincia vero, Conventus Carme-
 li Majoris, solvet taxam Du-
 catorum quadraginta §. eod. " ib.
 Suffragia pro Religionis defun-
 ctis, celebrari debent ab omni-
 bus Sacerdotibus, sive Provin-
 ciæ, sive Carmeli Majoris §.
 eod. " ib.
 Conventiones huc usque relatas,
 in Capitulo Provinciali, una-
 nimi consensu approbatas, Apo-
 stolica auctoritate Pontifex con-
 firmavit, et perpetuo observa-
 ri mandavit §. 3. " ib.
 Decretis Clementis VIII. dierum
 20. Junii 1599, et 19 Martii
 1603, peculiare fuere Conventus
 designati, pro explendo
 Tyrocinio receptorum in hoc
 Ordine, nec non alii pro Cle-
 ricorum Professorum instru-
 ctione, quæ sane Decreta pes-
 sumdata tractu temporis fuere
 Const. 94 §. 3 " 243
 Ex statutis hujus Ordinis, præ-
 ter Ex-Generalis, unius tantum
 in unaquaque Provincia
 Minister Generalis eligi debet
 in Capitulis Provincialibus re-
 spective habendis, quibus tan-
 tum jus est semel locum, et
 vocem habere in Generalibus
 Comitibus, quæ durante eorum
 munere subsequuntur §. 4. " ib.
 Tractu vero temporis, nonnullis
 hujusce Ordinis Professoribus,
 facultas, et privilegium indul-
 tum fuerat, ut et ipsi titulo,
 et juribus Diffinitorum Gene-
 ralium uti, et gaudere pos-
 sent ad eorum respective vitam
 §. ead. " ib.
 Per Constitutionem Clementis X.
 diei 12 Julii 1672, Priori Ge-
 nerali Ordinis hujusce, facul-

- tas concessa fuit, propria Ordinaria auctoritate, visitandi omnes, et singulos Congregationis Reformatæ Mantuanæ Conventus, tam Virorum quam Mulierum. §. 5 . . . pag. 244
- Prævia confirmatione decretorum Clementis VIII, denuo designantur, et constituuntur Conventus in Provinciis Italiæ, et Insularum adjacentium, pro receptione Novitorum, et Professorum educatione §. 6. » ib.
- Prioribus, et Superioribus quibuscumque prælaudati Ordinis vetitum fuit, ne absque peculiari Apostolicæ Sedis indulto, quempiam ad habitum Regularem recipiendum, et professionem emittendam admitterent, nisi in designatis Conventibus accederent, sub nullitatis pœna, et privationis dictorum Superiorum omnium Officiorum, et vocis activæ, et passivæ §. 7 . . . » 245
- Quæ sane pœnales sanctiones indictæ, ne Superiores iidem, Professos ad educandum miserint ad peculiare pro hujusmodi effectu designatos Conventus, addita privatione cujuscumque activæ, et passivæ vocis, nec non inhabilitatione ad Religionis Officia, et gradus, contra Religiosos Professos quoscumque, qui statim emissa professione, ad designatos Conventus minime transierint §. 8 . . . » ib.
- Privilegia, et indulta dicti Ordinis Professoribus elargita, ut ipsi Diffinitores Generales sint, et habeantur ad eorum respective vitam revocantur, neque imposterum amplius concedi posse prohibetur §. 9 . . . » ib.
- Abolentur, et cassantur, quæcumque privilegia, gratiæ, et exemptiones contra observantiam Constitutionis Clementis X. super visitatione Conventuum Reformatæ Congregationis Mantuanæ §. 10 . . . » ib.
- Priori Generali hujus Ordinis iterum facultas impertitur post elapsam triennium a die incæpti Officii, et non antea, visitandi Conventus, et Monasteria Virorum, et Mulierum prædictæ Reformatæ Congregationis Mantuanæ §. eod. . . » 246
- Præterea prælaudato Priori Generali facultates concedit præsidendi Capitulo Generali præfatæ Reformatæ Congregationis, inibique suffragium habendi, dummodo tamen fiat Vicarii Generalis Congregationis ejusdem electio §. Eod. pag. 246
- FRATRES ORDINIS B. M. V. DE MONTE CARMELO EXCALCEATI NUNGUPATI DONATI**
- Vetitum est Religiosis hujus Ordinis, per constitutiones ab universali Congregatione sancitas, recursum ad S. Sedem, absque licentia, et assensu totius Capituli Generalis. Const. 40 §. 1 » 95
- Ex Const. Benedicti XIV. diei 23 Maii 1754, indultum fuit Religiosis in Hispaniam degentibus, ut pallium grisei coloris, quo antea utebantur, in album immutare possent §. eod. . . . » ib.
- Postulantibus Religiosis viris Provinciæ Lisbonen, ut idem indultum ad eosdem esset extendendum, tali postulationi restitit, et Portugalliæ Rex, et iteratis vicibus Capitulum Generale §. 2 . . . » ib.
- Quæ ut firmiora persisterent, exquisita S. Sedis confirmatione, præcibusque ad Sacram Episcoporum, et Regularium Congregationem remissis, resolutum fuit, indultum pro Provinciis Hispanicis concessum, ad Lusitanicas Provincias minime esse extendendam §. 3 et 4 . . . » 97
- Quam prælaudatæ Sacræ Congregationis resolutionem, plenissime approbavit, et confirmavit Summus Pontifex Clemens XIII. §. 5 . . . » ib.
- FRATRES EXCALCEATI SS. TRINITATIS REDEMPT. CAPTIVORUM**
- Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda fide die 20 Augusti 1759, aliud Capituli Generalis hujus Ordinis Decretum approbavit, quo statuitur, Collegium Romanum de Propaganda Fide B.M. Virginis ad Fornaces, aggregandum esse

Familia Matris Redemptoris id est *extra-Hispanæ*, et superiori Generali dictæ Familia supponendum Const. 88. §. 2 pag. 232
 Quod sane Decretum, Apostolicæ confirmationis robur obtinuit §. 3 " ib.

FRATRES ORDINIS S. FRANCISCI

Vide *Minores*.

FRATRES ORDINIS S. FRANCISCI DE PAULA MINIMORUM

Vide *Minimi*.

FRATRES REDEMPTIONIS CAPTIVORUM ORDINIS B. M. DE MERCEDE

Ex Constitutionibus hujus Ordinis, Capita Provincialia, de triennio in triennium celebrantur die Sabati ante quartam Dominicam post Pascha Resurrectionis Const. 32 §. 1 " 86

Officium Provincialis, tribus præcise annis concluditur a Sabatho, in Sabathum prædictæ Dominicæ regulariter computandis eod. " ib.

Capitulum generale celebratur quolibet sexennio in una Civitate Regni Hispaniarum die Sabathi ante Dominicam Pentecostes §. eod. " ib.

Concurrente die celebrationis Capituli Generalis cum Capitulis Provincialibus, poterat Minister Generalis tunc existens, Capitulum Provinciale, vel per trimestre ante Capituli Generalis celebrationem anticipare, vel ad trimestre, post celebratum Capitulum Generale differre §; eod. " ib.

Ad damna, et incomoda vitanda, quæ ex prædictis antelationibus, vel dilationibus oriebantur, Constitutione hac, ad petitionem Provincialis Provinciae Franciæ dilatum fuit ad annum Capitulum Provinciale Provinciae Franciæ prædictæ, idque observari mandatum, quoties adesset concurrentia celebrationis utriusque Capituli Provincialis, et Generalis §. 2 " ib.
Bull. Rom. Tom. I.

Quo casu Ministro Provinciali actu exercenti, confirmantur ad annum proximum facultates, prærogativæ, honores, et indulta §. 3 pag. 86

Indulgentia Plenaria conceditur universis Christifidelibus, qui Ecclesias Fratrum, et Monialium Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis captivorum Excalceatorum visitaverint tertia Dominica, post Pascha Resurrectionis Const. 36 §. 1 " 91

Magistris Generalibus hujus Ordinis indultum fuit privilegium, celebrandi per se ipsos Missam unaquaque die, in privato Oratorio domus, ubi eos pro tempore commorari contigisset. Const. 48 §. 1 " 110

Quod sane indultum, ampliatum fuit ex concessione Clementis XII. favore etiam ex Generalium Ordinis ejusdem §. eod. " ib.

Tandem idem indultum ampliatum Constitutione hac, qua facultas tributa iisdem Ministro Generali, et Ex-Generalibus celebrari faciendi Missam in relictis Oratoriis privatis per quemcumque alium Sacerdotem dicti Ordinis §. 2 " 118

G

GERMANICI IMPERII ELECTORES

Clementi Augusto Archiepiscopo Coloniensi, et S. R. I. Electori, suum dolorem, sollicitudinemque exprimit; ob conceptum timorem secularizationis nonnullarum Ecclesiarum Germaniæ Epist. 41. §. 1 ad fin. " 97

Vide. *Elector Coloniensis. Principes Electores S. R. I.*

GRATIA

Vide. *Conclavistæ. Dapiferi. Cappellani Pontificii. Familiæ Pontificii.*

H

HÆBREI

Benedictus XIV. per Encyclicam directam Episcopis in Polonia B b b a

- Regnis, memoriae revocat, quae secundum Sacros Canones, et Synodicas Poloniae leges, Haebreis vetita sunt Epist. 245 §. 6 pag. 333
- Insuperque Episcoporum vigilantiam excitare studuit, ut verbo, et exemplo docerent, Christianum populum cavere a Judeorum commerciis, et praecipue ne sinerent, Ecclesias, Piasque Domos, pecunias suas Synagogis fauori dare §. eod. » ib.
- Facile enim tunc foret, ut Laici etiam ab hujusmodi usuris a Synagogis percipiendis abstinerent §. eod. » ib.
- HOMICIDÆ**
- Omnium praedecessorum Pontificum constitutiones contra homicidas in ditione Ecclesiastica emanatas confirmavit Clemens XII., ut hic habetur in Constit. 139. §. 1. » 317
- Inter alia vero de novo in dicta Clementina Constitutione sancita, peculiare adsunt dispositiones ad fori privilegium homicidiariis tollendum §. eod. » ib.
- In generali hac sanctione, non comprehenduntur Officiales, aliique privilegiati S. Romanae Inquisitionis, nec non Ministri necessarii, et actu inservientes Archiepiscopis, Episcopis, eorumque Curiis §. eod. » ib.
- Cæteri vero privilegiati omnes, quoties Clerici, Ecclesiasticae potestati, sin vero Laici, seculari jurisdictioni subijciuntur §. eod. » ib.
- Pontifici tantummodo reservatur statuendi quinam, et quot esse debeant viri familiares Archiepiscoporum, Episcoporum, et Ordinariorum, ac Officiales necessarii Curiis Ecclesiasticis, verum et actuale servitium praestantes §. eod. » ib.
- Clerici primæ Tonsuræ nullum Beneficium Ecclesiasticum obtinentes, tametsi conditiones a Concilio Trydentino praescriptas observaverint, quatenus duo homicidia comiserint animo praemeditato, et deliberato, omni fori, et canonis privilegio privantur, proindeque a Laica potestate veniunt iudicandi §. eod. » 34
- Qui vero ex praefatis Clericis, praescripta a Concilio Trydentino minime servant, non solum eo privantur fori, et canonis privilegio, sed nequeunt ab Episcopis, et Ordinariis repeti, neque dimissum habitum Clericalem reassumere possunt, post expiatam homicidii pœnam §. eod. pag. 34
- Episcopo, locorumque Ordinariis spectat declarare an Clericus ante patratum homicidium, requisita a Trydentino servaverit, non retardata interim delinquentis assecuratione, et retentione, facienda etiam per Judicem Secularem nomine Ecclesiae, ad illius dispositionem, quousque dicta declaratio prodierit §. eod. » ib.
- Gregorius XIV. Constit. sexto Idus Jun. 1725. Laicos animo praemeditato, proximum suum interficientes, ab Ecclesiasticae immunitatis beneficio exclusit §. eod. » ib.
- Clementis XII., et Gregorii XIV. Constitutiones, confirmavit Benedictus XIV. constitutione altera quarto Kal. Febr. 1734. ; qua exclusionem ab Ecclesiastica immunitate ad Clericos, et Ecclesiasticos cujuscumque Ordinis, et gradus, pro homicidii crimine, praemeditato animo patrato, extendit in Urbe, et Universa Ditione Summo Pontifici, et Sanctae Sedi mediate, vel immediate subiecta §. eod. » ib.
- Quo tamen casu admissi homicidii causa a Judice Ecclesiastico competenti cognoscenda, ut contra delinquentes, citra pœnam sanguinis ad praescriptum Sacrorum Canonum animadvertat condemnatione condigna §. eod. » ib.
- Declaravit insuper Bened. XIV. relata constitutione, exclusionem ab immunitate Ecclesiastica extendendam esse ad Laicos, et Clericos homicidia mandantes, instigantes, operamque quovis modo occisioni praebentes §. eod. » ib.
- Itemque ab immunitate Ecclesiastica exemit tam Laicos, et Ecclesiasticos in Urbe, et in Pontificia ditione, pro homicidio in rixa commisso cum

- Armīs ; seu instrumentis sua-
 pte natura aptis ad occiden-
 dum §. eod. pag. 34
 Quod etiam afficere iussit in-
 quitos , et processatos , vel in
 contumaciam hannitos , et con-
 demnatos , dumodo homici-
 dium non fuerit causale , vel
 ad propriam defensionem §.
 eod. " ib.
 Peculiares vero normas præscri-
 psit , stricte servandas , pro ex-
 tractione reorum ab Ecclesia-
 stico asylo , illorum assecura-
 tione , et traditione brachio se-
 culari , in casibus in quibus a
 Sacris Canonibus permittitur §.
 eod. " 319
 Supra relatas sanctiones prælau-
 datus Benedictus XIV. exten-
 dit ex peculiari supplicatione
 ad Civitates Parmæ , Placenti-
 tiæ , Burgi Sancti Domnini ,
 ac loca , terras , castra , et op-
 pida illarum Diœcesum , nec
 non ad Civitatem Guastallæ ,
 cum Territorio specialibus supe-
 radditis declarationibus §. eod. " 320
 Easdem ad loca , terras , oppida
 ditionis temporalis Placentiæ
 in Diœcesi Papiensi existentia
 extendit Clemens XIII. Constit.
 hac §. 2. " 314

HOSPITIUM

Hospitium S. Rosæ de Ocopa in
 Hispania. Vide *Minores de Ob-
 servantia.*

HOSTIA CONSECRATA

- Ex constit. Innocentii XI. subri-
 pientes Hostias consecratas ,
 sive propria malitia , sive al-
 terius ordine , condignis pœ-
 nis , pro facinoris atrocitate
 puniebantur , etiam prima vi-
 ce , cum traditione ad Curiam
 Secularem Const. 44. §. 2. 102
 Alexander VIII. , præcedentem
 Constitutionem Apostolicam
 confirmavit , et ampliavit , co-
 gnitionemque dicti sceleris ad
 Ordinarios Ecclesiasticos , et
 Inquisitores contra hæreticam
 pravitatem private reservavit
 §. 3. " ib.
 Successiva constitutione Benedi-
 cti XIV. , præcedentes confir-
 matæ , ampliatae , et declara-
 tæ fuerunt §. 4. " 103

- At Clemens XIII. , non tantum
 prælaudatas Constitutiones con-
 firmavit , sed addidit , hujusce
 criminis reis non suffragare
 plenam , sinceram , et distin-
 ctam confessionem in primo
 interrogatorio , ad pœnæ mi-
 norationem obtinendam §. 6 pag. 103
 Imo quamlibet pœnæ minoratio-
 nem , in hisce Criminibus ju-
 dicandis , omnino prohibuit ,
 et interdixit §. 7. " ib.

HUNGARIÆ REGNUM

- S. Stephani Hungariæ Principis
 commemoratio , et laus Const.
 5. §. 2. " 21
 Hungariæ Regibus , procedenti-
 bus in publicum , ante eos cru-
 cem gestat Episcopus , ad osten-
 dendum , Hungaricam Natio-
 nem , ejusque Reges , unice
 gloriari in Cruce Domini No-
 stri Jesu Christi. §. eod. " ib.
 Ex antiquo ignoto privilegio , Hun-
 garie Reges , Apostolici titulo
 appellabantur §. 3. pag. 21. Al-
 loquit. 17. §. 2. " 46
 Confirmat , et jubet , ut omnes
 Hungariæ Reges , Apostolici
 appellentur imposterum Const.
 5. §. 4. " 21
 Regnum Hungariæ , Romani Pon-
 tifices , beneficiis , et honori-
 bus decorarunt Alloquit. 17.
 §. 1. " 46
 In Natione Hungarica , ejusque
 Regibus summum semper fuit
 conservandæ Christianæ Reli-
 gionis studium §. eod. " ib.
 Hungarica Gens , Turcarum im-
 petum , non tam mœnibus ,
 quam objectu proprii corporis ,
 retardavit , et ab Hungaria
 depulit , multis magnisque cla-
 dibus eos redelegendo , ut suis
 contenti finibus parumper con-
 quiescerent §. eod. " ib.
 Laudes , et gloriæ Joannis Hun-
 garorum Ducis , cujus maxi-
 ma pars in illo contra Turcas
 memorabili bello §. eod. " ib.
 Comemoratur S. Joannes a Ca-
 pistrano , qui vitæ morumque
 comendatione apud Hungaros
 maxima auctoritate florebat ,
 illosque ad Turcium bellum
 substinendum humilibus apud
 Deum precibus adjuvabat , at-
 que sub Crucis vexillo ad pu-
 gniam ducebat §. eod. " ib.

S. Stephanus Dux Hungarorum, Regis appellationem obtinuit a Pontifice Silvestro, quia in Hungaricis regionibus, Christi fidem longe, lateque diffusit, et indulgit, ut ante illum, omnes in Regno successores, Sanctissimæ Crucis signum præferretur cum prodirent in publicum §. eod. pag. 46

Ferdinandus I. Romanorum Imperator, et Hungariæ Rex commendatur plurimum ob Turcarum impetum depulsum, nullo fere auxilio, a cæteris Germaniæ Proceribus obtento §. 4. " 47

Reginæ Hungariæ, et Bohemiæ cultum erga Catholicam fidem commendatur Epist. 119. §. 1. " 292

Iniquas pactiones a Duce Hasso-Castellano extortas a novo Lantgravio, deleri postulat, Reginæque Hungariæ officium penes electum Imperatorum provocat §. 2. " ib.

I

JEJUNIUM

Jejunium, legis, et Prophetarum testimonio commendatum est, a Christo Domino consecratum, ab Apostolis traditum, et ab Ecclesia Catholica perpetuo retentum Const. 103. §. 1. " 270

Per eum ex carnis maceratione, et animæ humilitatione ad Dominiicæ Passionis, Paschaliæque Sacramentorum mysteria paratiores accedimus, et in ejus resurrectione resurgimus, in cujus Passione, deposito veteri homine, sumus commortui §. eod. " ib.

Iis, quibus ob justas, et legitimas causas, ab abstinentia carnis dispensatum est, non licet in jejuniis potiones lacte permixtas sumere §. 2. " ib.

Tam dispensati a Carnis abstinentia, quam quovis modo jejunantes, unica excepta commextione, in omnibus equiparandi sunt iis, quibus cum nulla est dispensatio, ac propterea tantummodo ad unicam commextionem possunt carnem, vel quæ ex carne originem trahunt adhibere §. eod. " ib.

Ad peccatorum remissionem obtinendum, præter Sacramentalem confessionem, plurimum conferunt jejunia, orationes, et eleemosynæ §. 3. pag. 271

Episcoporum exempla, et verba plurimum conferunt, ut fideles ad jejunii observantiam revocentur §. 4. " ib.

I M A G O

Vide. *Sacræ Imagines*

IMMUNITAS

Romani Pontifices semper curant, ut et Ecclesiarum, Sacrorumque Locorum immunitatem, pro debito Divinæ Majestatis honore tuerentur, et simul pravis hominum consiliis obsisterent, ne Ecclesiastici confugii præsidio abutentes, publicam privatamque tranquillitatem turbare præsumerent Const. 14 §. 1. " 42

Adeoque plura opportune statuerunt tam, super qualitate criminum, quibus Ecclesiasticum asylum nullatenus conveniret tribuendum, quam super forma, et methodo, qua hujusmodi criminum reos ex loco immuni extrahi, et competentibus Judicibus ad pœnam tradi, §. Eod. " ib.

Quibus singulis prospexere, vel generalibus editis legibus, vel peculiaribus concessis indultis, prout alia, atque alia ratio, et temporum, et regionum, et morum postulare videbantur §. Eod. " ib.

Hinc Summus Pontifex Clemens XIII. quædam peculiaria circa immunitatem Ecclesiasticam sancivit pro Ditione Comitum Palatini. Rheni Const. hac a §. 3 ad 10 " 42

Et primo mandatur quod in Civitate Manhemii quædam sint domus correctionis Ordinarii Ecclesiastici jurisdictioni subjectæ, et a laica potestate exemptæ §. 3. " ib.

Deinde vero, ii quibus denegatur immunitatis præsidium, extrahantur a ministris curiæ laicalis, præeunte facultate, Aucto-

ritatis Ecclesiasticæ in scriptis concedenda §. 4. . . . pag. 42
 Designantur subinde Ecclesiasticæ personæ, queis secundum varias urgentias jus erit extrahendi reos a loco immuni, et normæ servandæ in concedendis licentiis præscribuntur. §. 5. » 43
 Mandatur insuper, ut extractione sequuta, cognoscatur tantum ab Episcopo, utrum crimen ad casum exceptionis pertineat antequam curiæ seculari tradatur reus. §. 6. . . . » ib.
 Sub censurarum pœna excluduntur a præsentis Constitutionis dispositione personæ Ecclesiasticæ, quum concessio pro Laicis tantummodo elargita censi debeat §. 7. . . . » ib.
 Immunitate Ecclesiastica, minimæ in Sardinia Regno gaudere statutum est, homicidarios reos, dummodo non agatur de homicidio casuali, vel cum moderamine inculpatæ tutelæ. Const. 46. §. 2. » ib.
 Item incendio quocumque modo operam dantes, atque incendiariis auxilium præbentes §. eod. . . . » ib.
 Publici Latrones, eorumque auxiliatores, dummodo aggressi, perpassi fuerint iusultum cum vulnere §. dod. . . . » ib.
 Crassatores in publicis viis, quamvis prima vice, et absque personali offensione crassantes §. eod. . . . » ib.
 Enunciantur Ecclesiastica loca, quæ in supra relatis casibus, immunitate Ecclesiastica minime gaudent in iisdem Sardinia Regnis §. 4. . . . » ib.
 Delinquentibus, qui in loco asyli reperirentur dum hæc Pontificia Constitutio evulgatur, præfiniendos esse terminos pro eorumdem translatione ad loca, quæ imposterum asyli beneficio gaudent. Constituit. §. 4. » ib.
 Ecclesiasticæ immunitatis præsidio delictorum impunitatem, Clericos expectare non sinunt Canonicae leges. Epist. 105. §. unic. . . . » 272
 Ad Ecclesiasticam spectat immunitatem, causa inter duo Monialium Monasteria vertens, super quadam Ecclesiæ proprietate inter ea vicissim controversa Epist. 121. §. 1. . . . » 294
 Vide *Homicidæ*.

IMPERATOR ROMANORUM

Imperatorem hortatur ad hoc ut Lantgravii Hasso - Cassellani Primogenitum in sua protectione recipiat, neque patiatur eumdem persequutionem perpeti, ob studium erga Catholicam Religionem. Epist. 45. §. 2. pag. 105
 Enunciatur Imperator Romanorum, tamquam defensor, atque patronus Catholicæ Fidei. §. eod. pag. 105 Epist. 120 §. 2 » 293
 Ab Imperatrice electa Maria Theresia auxilium, et officia postulat penes Aulam Constantino politanam favore Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia degentium in Civitate Hierosolymitana, qui a Græcis Schismaticis perturbabantur, et a Sacra ejectione Cappella, in qua Jesu Christi Sepulcrum asservatur. Epist. 78 §. 1 et 2. » 274
 Romanorum Imperatori commemorat iniquas Principis Hasso-Cassellani pactiones, queis subscribere, Genitore cogente, debuit Epist. 120 §. 1. . . . » 293
 Electum Imperatorem hortatur, ne iniquas illas pactiones, Genitore defuncto, servari a Principe Hasso-Cassellano permittat. §. 2. » ib.

INDULGENTIÆ

Indulgentiam plenariam imperitur pro reis ad ultimum supplicium ducendis, qui vel osculaverint imaginem Jesu Christi Crucifixi, iisdem porrigendam a Confratribus vulgo *delli Bianchi* in Civitate Neapolitana, vel Santissimum Jesu Cristi nomen ore, et chorde, in ultimo anheltu invocaverint Const. 21 §. 3. » 58
 Indulgentiarum, remissionum peccatorum, et relaxationum pœnarum participes fieri nullo modo possant; qui obsequium, et obedientiam Pontificum Constitutionibus denegant. Const. 29 §. 3. » 81
 Indulgentia plenaria conceditur Universis Christifidelibus, qui Ecclesias Fratrum, et Monialium Ordinis B. M. de Mercede, Redemptionis captivorum

- Excalceatorum visitaverint, tertia Dominica post Pascha Resurrectionis Const. 36 §. 1. . . pag. 91
- Spiritualibus, indulgentiis loca sacra decorantur, ut fidelium Defunctorum animæ illis adjunctæ, ab Purgatorii pœnis liberentur Const. 99 §. 1. » 262
- Indulgentia plenaria elargitur singulis Christifidelibus confessis, et Sacra Communionem refectis, visitantibus Ecclesias Clericorum Regularium Ministrantium Infirmorum, diebus Dominicis, et aliis festivis de præcepto, in quibus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in illis exponitur. Const. 122 §. 1. » 295
- Quæ sane indulgentia applicabilis est animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ex hac vita migraverint, per modum suffragii §. eod. » ib.

INDULTUM

- Indulta conferendi Ecclesiastica Beneficia in Mensibus Apostolicæ Sedi reservatis vacantia, sive quibuscumque canonicis causis eidem Sedi affecta, solis S. R. E. Cardinalibus, sive in suis titulis, sive Episcopatibus, atque Antistitibus S. R. I. Principibus Electoribus tribuitur. Const. 112 §. 2. » 37
- Vide. *Dapiferi*

INSULA CORSICÆ

- Ad prospiciendum Diœcesibus Aleriensi, Marianensi, Acciensi, et Nebiensi positis in Insula Corsicæ, et magna ex parte a suis disjuncta Pastoribus, Visitatorem Apostolicum ex Urbe misit Clemens XIII. Const. 89 pag. 233. Alloquit. 141. pag. 323. Epist. 143 pag. 326 Const. 144 §. 1. » 328
- Siquidem in vivis adhuc degente Benedicto XIV, Genuensis Reipublicæ Dux, et Governatores, nec non plures Episcopi Corsicæ, eundem certiore fecerunt, in Insula illa mores esse depravatos, Ecclesiarum disciplinam collapsam, sacra violata, deficere Sacrorum administratos, insanasque invectas opiniones Epist. 143 §. 2. » 326
- Id ipsum autem interatis preci-

- bus significatum fuit Clementi XIII. Epist. eod. pag. 326
- Hinc, decreta Apostolici Visitatoris missione in Insulam, eidem mandata tributa fuere, ut ad ea prospiceret tantummodo, quæ spirituales illarum Oviū salutem tangebant, nulla habita cura de iis, quæ motus, turbasque exortas in Insula respicerent. Alloquit. 114. §. 4 pag. 324 Epist. 143 §. 3. » 326
- At Genuensis Reipublicæ Moderatores, cognita vix Apostolici Visitatoris deputatione, injuriosum evulgarunt edictum, pro laudato Visitatore capiēdo, subditisque Insulæ Corsicæ ab obedientia, Visitatoris mandatis subtrahendis Alloquit. 141 §. 4 pag. 329 Alloquit. 143 §. 4. » 327
- Quod ut removeret scandalum, Pontifex Cardinalium requisivit consilium in scriptis a cuiuslibet tradendum Alloquit. 141 §. 5. » 325
- Deinde vero Apostolicis evulgatis Literis, edictum illud, tamquam irritum, invalidum, injustum, iniquum renunciavit, et a nemine observari debere mandavit Const. 144 §. 4. » 329
- Pariterque irritavit, et invalidavit quæcumque acta in præjudicium Ecclesiasticæ immunitatis, et Apostolici Delegati præcedenter gesta, et patrata §. 5. » ib.

JUBILÆUM

- De Jubilæo Universali agit in publico Consistorio. Alloquit. 7. » 24
- Jubilæum Universale principio sui Pontificatus indicit. Const. 8. §. 1. ad 10. » 27
- Pro Jubilæo ipso assequendo, quid præstare debeant in Urbe existentes §. 2. » 25
- Quid extra Urbem commorantes §. 3. » 26
- Quid Itinerantes, et Navigantes §. 4. » ib.
- Quid Regulares, et legitime impediti §. 5. » ib.
- Facultates Confessariis indultæ §. 6. » ib.

JUSPATRONATUS

- Prælati Regulares, ubi habent purum Juspatronatum Parrochiarum acquisitum, vel ces-

sum a Laicis, quibus in hoc succedunt, tenentur Episcopo præsentare Sacerdotes seculares, ut antea Laici tenebantur, non possunt autem substituere Monachos, eosque prohibitu, absque Episcopi assensu removere. Const. 26. §. 5, et 6. pag. 73

L

S. LAURENTIUS JUSTINIANI

Officium, et Missam sub ritu semiduplicis in honorem S. Laurentii Justiniani, indulisit facultative Innocentius XII, illudque ab omnibus Christifidelibus utriusque sexus, qui ad horas Canonicas tenentur, celebrari sub eodem ritu, die 5. Septembris cujuscumque anni præcepit Clemens XIII. Decreto 85. » 73

LIBRI

Ne Libri extrahantur ex Bibliotheca Accademix Civitatis Posnaniæ, sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna prohibuit Const. 117. §. 1. » 244

Aqua excommunicatione, neminem, nisi Romanum Pontificem, excepto mortis articulo, assolvere posse jubetur. §. eod. » 290

Vide. *Prohibitio Librorum.*

M

MILITES B. M. DE MONTESA

Conventus B. M. de Montesa in Valentia, ubi Milites degebant, ab terremotu anni 1748. fuit omnimode eversus. Const. 43. §. 1. » 99

Ex quo factum fuit, quod Milites ipsi, Regium Palatium inhabitare debuerint in Civitate Valentix situm, nuncupatum *del Temple* ad Militiam præfatam spectans, donec vel pristinus Conventus reficeretur, vel alius de novo construeretur. §. eod. » ib.

Munus Prioris Palatii *del Temple* suppressum fuit, et cuncta ad munus idem spectantia, Priori addicta Fratrum ex Conventu de Montesa, nuper in Palatio illo convenientium §. eod. » ib.
Bull. Rom. Tom. I.

Titulus vero Prioris *del Temple* absque ullo tamen reddito annexus, unitusque fuit Rectori Curato Ecclesix ejusdem a Consilio Ordinum nominando §. eod. pag. 99

Tandem quoad redditus *del Temple* sancitum est, ut seorsim administrarentur a Priore Conventus Militix, et separatim deponerentur, cum onere annuatim reddendi rationes Consilio Ordinis, et adimplendi onera Parrochiali *del Temple* adnexa §. eod. » ib.

Successive, auctoritate Regis Catholici, administratoris perpetui præfatæ Militix, ex Apostolico Beneplacito, Prioratum *del Temple* omnesque redditus Priori Conventus univit, et aggregavit §. 2. » ib.

Quæ sane unio, et aggregatio, hisce legibus facta fuit, quod nempe perdurare deberet, quousque Militia Conventus de Montesa, ad alium locum translata minime fuisset, insuperque, ut reddituum aggregatorum ita fieret dispartitio, ut Prior pro tempore Conventus, centum viginti petias pro se haberet, reliqua pro Ecclesix, et Seminarii servitio impenderentur §. eod. » ib.

Quibus omnibus, et singulis, Apostolicæ confirmationis robur adjunctum fuit ex hac constit. Clementis XIII. §. 3. » 101

MILITES S. JACOBI DE SPATHA

Hispaniarum Rex est administrator perpetuus Militix S. Jacobi de Spatha ex Apostolica auctoritate Const. 11. §. 1. » 36

Prælaudato Hispaniarum Regi tribuitur facultas eligendi, et nominandi Priores utriusque Conventus hujus Militix, quoties ob discrepantiam vocalium, vel ob paritatem suffragiorum, nulla in successivis scrutiniis, canonica Priorum electio concludi possit. §. 2. » ib.

MILITES MELITENSES

Militix Melitensis merita exornat, et comendat Militare diploma Mariæ Theresix Austriacæ C c c

cæ, quo Ordinis privilegia, et exemptiones confirmantur, tamquam præmium sudoris, laborum, et sanguinis pro Christi fide profusi. Const. 22 §. 3. pag. 59
 Coloni Ordinis Melitensis eximiebantur a quocumque onere, sive Regio Ferrario, sive Communitatibus pendendo in Ditionibus Imperialis Austriacæ Domus §. eod. » ib.

MINIMI

Alternativa lex in hoc Ordine existebat pro provincia Calabriæ Ulterioris, quod in electione correctoris Provincialis haberetur Capitulum quolibet triennio, nempe uno in Conventu Montis Leonis, altero vero triennio in Conventu Catanzarii Const. 65. §. 1. . . . » 142
 Quæ posterior convocatio, quum maximi esset incomodi pluribus ex Causis Provinciæ ejusdem vocalibus, supplices preces porrectæ fuere Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium, ut eadem in Conventu Oppidi Civitatis Pitii celebrari possit §. eod. » 142
 Hanc vero subrogationem benigne indulxit prælaudata PP. Eminentissimorum Congregatio, illiusque executionem Ordinis Generali comisit §. eod. » ib.
 Quod prælaudatum rescriptum plene ab ipso Ordinis Generali probatum fuit, et executioni demandatum §. 3. » ib.

MINORES CAPPUCINI

Alternativam electionem Superiorum pro Provincia Mediolanensi jam a Benedicto XIV. approbatam, confirmatur Const. 55. §. 2. » 124
 Ex decreto S. M. Urbani VIII. diei 8. Maii 1631. in Cappuccinorum Ordine, Fratres Laici Professi, Clericis Novitiis præcedunt Const. 140. §. 1. . . . » 322
 Ad difficultates exinde enatas convellendas in Capitulo Generali Ordinis, Anno 1633. celebrato, declaratum fuit, præcedentiam illam Laicorum, minime in concursu Sacerdotum Novitorum, locum obtinere §. eod. » ib.
 Quæ quidem declaratio confir-

mata fuit a Diffinitorio Generali Provinciæ Beticæ posterius habito §. 2. pag. 312
 Cui superaccessit Apostolicæ Sedis approbatio, et confirmatio §. 3. » 323
 Ne reliquiæ extrahantur ex Sacrestia, et Ecclesia Conventus Terræ Lugj, Imolen Diocesis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum, prohibuit, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, cujus absolutio uni tantum Romano Pontifici reservatur Const. 150. §. 2. » 327

MINORES CONVENTUALES S. FRANCISCI

Emo Protectori Collegii S. Bonaventuræ non competit jus admittendi Collegiales supernumerarios in eodem Collegio, sed tantummodo substituendi in locum, et in casu deficientis alicujus Collegialis, aliquem ex approbatis in concursu, qui superfluerint. Const. 86. §. 1. » 225
 Sixtus V. Constit. Idib. April. Pontificatus Anno V. statuit, studium, a Collegialibus S. Bonaventuræ, faciendum in quatuor Libris Sententiarum S. Bonaventuræ §. eod. » ib.
 Supra relatas dispositiones servandus esse decrevit peculiaris ad id deputata Eminentissimorum Cardinalium Congregatio, decretumque Apostolica auctoritate confirmatum fuit §. 2. » 226

MINORES DE OBSERVANTIA

Minoribus de Observantia facultatem concedit, ut Hospitium S. Rosæ de Ocopa in Collegium, sive Seminarium Apostolicum Missionariorum ipsius Ordinis erigi possit sicut Chirographo suo diei 2. Octobris 1757. permiserat Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus. Const. 4. §. 3. » 20
 Pro Minoribus de Observantia Hispanicæ Provinciæ de Extremadura confirmatur Decretum S. Congregationis Episcoporum, et Regularium circa alternativam quoad omnia munia, et officia inter Alumnos, Professoresque oriundos ex regioni-

bus sitis supra Tagum, et alios oriundos ex regionibus infra Tagum. Const. 24. §. 3. pag. 63
 Minoribus de Observantia Provinciae Bosnae Argentinae reintegrationem ad honores, et privilegia dictae Provinciae concedit, quam in Custodiam redegerat praecedens Constitutio Benedicti XIV, et approbat hac de re Decretum Ministri Generalis praedicti Ordinis Constit. 27. §. 6. 77
 Electionem Guardianorum trium Conventuum, et Custodiarum principalium, in Astensem, et Pedemontanam Provinciam alternatim faciendam approbat, praevia confirmatione Decreti Ministri Generalis hujus Ordinis Const. 59. §. 4. 136
 Monasteria S. Christophori, et S. Marthae Civitatis Brixien, Ministro Provinciali Provinciae Brixiae Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia subijcebantur Const. 75. §. 1. 210
 Quae sane subijectio, quum incomoda esset praelandato Ministro Provinciali, Provinciae Alumnis, et Monialibus ipsis, hinc ditorum Monasteriorum gubernium, et administrationem abdicavit, Ordinis ejusdem Minister Generalis, et in Pontificis manus remisit §. eod. ib.
 Quae deinde abdicatio, et respectiva remissio, Apostolica auctoritate confirmata fuit §. 2. ib.
 Monasteria eadem immediatae curae, regimini, et gubernio Episcopi Brixienensis in spiritualibus, et temporalibus supposita, et subjecta fuere §. 3. 211
 Pro Minoribus S. Francisci de Observantia degentibus in Civitate Hierosolymitana, auxilium, et officia postulat ab Christianis Principibus penes aulam Constantinopolitanam contra Graecos Schismaticos, a quibus divexabantur, et a Sacra Sepulchri D. N. J. C. Cappella eijcebantur Epist. 76. §. 2. 212

MINORES DE OBSERVANTIA REFORMATI

Fratres hujus Ordinis sub eorum gubernio habebant duo Regia Monasteria Monialium S. Clarae Ordinis S. Francisci, sub Bull. Rom. Tom. I.

regula ejusdem S. Clarae, et S. Mariae Magdalenae Ordinis S. Augustini in Civitate Neapolitana Const. 63. §. 2. pag. 140
 Lites, controversias, et dissensiones promovit Guardianus Monasterii S. Clarae super juribus sibi competentibus, quoad alterum Monasterium S. Mariae Magdalenae in sua qua pollebat qualitate Commissarii Apostolici quoad utrumque Monasterium §. eod. ib.
 Ad quas dirimendas controversias, postulante utriusque Siciliae Rege, Clemens XIII. statuit, non licere Guardiano Monasterii S. Clarae, uti Commissario Apostolico Monasterii S. Mariae Magdalenae, explere solemnitates, et actus jurisdictionales, invitis Guardiano, et Monialibus secundi Monasterii §. eod. 140
 Imo quo facilius, cunctis dissidiis finis imponeretur, alterum eligendum esse, qui Commissarii, seu Visitatoris munus gereret in utroque Monasterio, exclusis perpetuo ab eodem Officio Guardianis praedictorum Monasteriorum §. eod. ib.
 Verum Moniales Monasterii S. Clarae demonstrarunt, ex Pontificio privilegio derivare, quod Guardianus pro tempore eorum Monasterii, Commissarii Apostolici munere fungi deberet. Const. 127. §. 2. 303
 Adeoque praesenti Constitutione, praecedente abrogata, munus Commissarii Apostolici, restitutum fuit Guardiano Monasterii praedicti S. Clarae, dummodo tamen nullam jurisdictionem, et superioritatem exercent supra Monasterium, Guardianum, Ecclesiam, Moniales, atque Fratres S. Mariae Magdalenae §. 3. ib.
 Ad quod effectum Cardinali Protectori Monasterii praedicti, facultates tributae fuere, Guardianum, ab eo munere, et exercitio removendi, aliumque in sui locum subrogandi §. eod. ib.

MINORES TERTII ORDINIS S. FRANCISCI DE PENITENTIA

Dissidia, et difficultates promotae fuerunt a fratribus hujus Ordinis circa Officia, et jura Guardiani
 C c c 2

- stodum ad Capitulum Generale, qua de re, plurima dubia proposita fuere decidenda Ministro Generali totius Ordinis, a quo sequentes prodire resolutiones Const. 79 §. 2. . pag. 215
- I. Custos electus in Capitulo generali totius Ordinis, tamquam deputatus ad ferendum suffragium in Capitulo generali, haberi nullo modo potest ut Custos Custodiæ, sed Custodibus Capituli Generalis suffragatoribus accenseri dumtaxat debet §. eod. » ib.
- II. Custos tam in actualitate, quam in habitualitate, omnibus privilegiis gaudere debet, quæ Diffinitoribus Provinciæ sunt attributa, quantum ad suffragium, præcedentiam, et subrogationem §. eod. » ib.
- III. Præcedentia illi in actualitate debetur, respectu Diffinitorum in eodem Capitulo generali electorum, juxta illam quam cum iisdem habent, priusquam in Custodem eligeretur, etiam quoad præferentiam in subrogatione §. eod. » ib.
- IV. Non licere Diffinitorii Patribus, privilegia dicto Custodi attribuire, tamquam primo Diffinitori, cui in familia Ultramontana hujusmodi Custos, istius muneris ratione primus Diffinitor non sit. §. eod. » ib.
- V. Duo consanguinei, in primo, et secundo gradu, numquam simul in uno, eodemque Diffinitorio collocari queant §. 3. » 216
- Quæ sane Ministri Generalis Decreta, auctoritate Apostolica confirmata, et approbata fuere §. 4. » ib.
- Insuperque declaratum, quod Custodes admissi, et ad Capitulum Generale deputati, licet nullo modo possint haberi ut Custodes Custodiæ, tamen omnibus quidem, sed solis privilegiis, quæ Diffinitoribus Provinciæ sunt attributa, tam in actualitate, quam in habitualitate gaudere debeant, quantum ad suffragium, præcedentiam, et subrogationem §. eod. » ib.
- Tandem Capitula, aliosque actus Provinciales, cum interventu dictorum Custodum celebrata, sanantur, et revalidantur. §. eod. » ib.

MISSIONARIII

- Pro Missionariorum Seminarii erectione in Regionibus S. Francisci sub denominatione S. Rosæ de Ocopa, Chirographum Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici diei 2. Octobris 1757. confirmat. Const. 4. §. 3. pag. 20
- Binoꝝ Missionarios ad Avæ Regnum in Indiis mittit, eosque transeuntes in Civitate Siriami Diœcesis Meliapurensis, illius Episcopo summopere comendat. Epist. 118. » 291

MONACHI S. ANTONII
CONGREGATIONIS
LIBANENSIS

- Nonnulli Monachi hujus Ordinis inobedientes, recusantes interventum Capitulo generali, juxta ipsius Ordinis regulas convocando, aliud Capitulum Generale arbitrarie convocarunt, in eoque Abbatem Generalem, Diffinitorem, aliosque locales Superiores elegerunt Const. 5r. §. 1. 2. » 115
- Ex quo factum fuit, ut Patriarcha Antiochenus Maronitarum, datis in id Apostolicis Literis a Benedicto XIV, ad alterius Abbatis Generalis, aliorumque Diffinitorum electionem devenirent. §. 2. » ib.
- Ad quorum Monachorum inobedientiam compescendam Clemens XIII. prælaudato Patriarchæ Antiocheno per expeditas Literas Apostolicas comisit, ut inobedientibus præscriberet terminum infra quem illi coram ipso Antiocheno Patriarcha, novum Abbatem Generalem, et Superiores electos recognoscere deberent §. 4. » 116
- Eo autem termino elapso, et submissione inobedientium sequuta, facultas tributa fuit Patriarchæ Antiocheno, eosdem absolvendi a censuris, in inobedientia vero persistentes, canonicis pœnis multandi §. 4, et 5. » ib.
- MONACHI S. BASILII MAGNI
- Moderantur Literæ Apostolicæ Benedicti XIV. diei 7. Febr. 1744. super Abbatia de Rosarno ad

Abbatem Generalem Ordinis Monachorum S. Basilii Magni, pertinente Const. 6. §. 4. pag.	21	primus vero Definitor gerebat vices Visitoris Provinciæ, donec provisum fuisset de idoneo Visitatore ab Abbate Generali §. eod. pag.	78
Abbatiam S. Mariæ de Rovito loci de Rosarno, Abbati Generali Ordinis S. Basilii Magni, cum omnibus juribus, et redditibus concessit Urbanus VIII. Constit. V. Idus Maii 1624. pro ipsius Abbatis Generalis sustentatione §. 1.	22	In casum vacationis Officiorum Assistantis; et Procuratoris Generalis, tunc Diffinitorium illius Provinciæ, cujus erat Officium vacans, præsentabat intra duos Menses tres Abbates magis idoneos Patri Abbati Generali, qui unum ex illustribus, vel unum ex Diffinitorio in Assistantem vel Procuratorum Generalem tenebatur eligere. §. eod.	ib.
At Benedictus XIV. præscripsit alternativam erogationis reddituum prædictæ Abbatiae, quoties Abbas Generalis ex Provinciis Italicis eligi contigerit §. 2.	ib.	Tandem cætera Officia, aut Prælaturas, quoties vacare contigisset, providebat Abbas Generalis cum voto suorum Assistantium §. eod.	ib.
Verum Constitutione hac, sublata quacumque alternativa, Urbani VIII. sanctionem servandam esse statuitur §. 5.	23	At Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium negociis præposita, suprarelatae Dietæ Generalis decreta moderata est Rescripto diei 21. Jan. 1757, modo quo sequitur, videlicet. §. eod.	ib.
Ex Decreto Dietæ Generalis Ordinis, statutum erat, quod si Officium Vicarii Generalis vacasset ante triennium, tunc eo ipso Assistens Generalis assumeret gubernium Religionis, et Procurator Generalis infra spatium trium Mensium convocare deberet Dietam Generalem, convocandam in ea Provincia, in qua vacasset Generalatus ad effectum eligendi sub præsentia ipsius Procuratoris Generalis in Vicarium Generalem aliquem ex Abbatibus sive præsentibus, sive absentibus ejusdem Provinciæ ad complendum sexennium Const. 27. §. 1.	78	In casum decessus Abbatis Generalis, succedere debebat, usque ad sequens Capitulum Generale, actualis Visitor illiusmet Provinciæ, ex qua erat Abbas Generalis defunctus §. 2.	79
Erat pariter in more ex decreto prælaudatæ Dietæ Generalis, quod si hæc fuisset in voto eligendi in Vicarium Generalis ipsum Assistantem, tunc eligi deberet in Assistantem alius ex Abbatibus ejusdem Provinciæ, pariter ad complendum sexennium §. eod.	ib.	Visitor vero actualis, gubernio Religionis, et potestate Abbatibus Generalis potitus, statim eligere debebat alium Visitatorem ejusdem Provinciæ duraturum usque ad proximum Capitulum Provinciale. §. eod.	ib.
Quoties Officium Generalis vacasset per triennium, tunc ex ipso Dietæ Generalis Decreto, Visitor illiusmet Provinciæ ex qua fuerat antecessor, aut Visitor antiquior secundum Professionem, si erat in Provinciis unitis, succedere debebat in locum Generalis, et habere eandem auctoritatem, quam habuisset antecessor,		Vacantibus Officiis Assistantis, aut Procuratoris Generalis, Diffinitorium illius Provinciæ, cujus erat officium vacans, præsentare debebat intra duos Menses tres Abbates magis idoneos Patri Abbati Generali, qui unum ex illis tribus, vel unum ex Diffinitorio in Assistantem, et Procuratorem Generalem tenebatur eligere. §. eod.	ib.
		Quoad reliqua vero officia, aut Prælaturas, si vacassent, providere debebat Abbas Generalis ad formam Cap. XIV. constitutionum §. eod.	ib.
		Deinceps quamplurima Decreta prodire ex auctoritate S. M. Benedicti XIV. ab Esmo Cardinali Protectore Ordinis, quo-	

- rum summa est ut sequitur. §. eod. pag. 79
- Cassandum, supprimendum, et annullandum, esse Officium Consultoris Generalis, in Religione temere invecum §. 4. » ib.
- In electione Abbatis Generalis Hispaniæ, juxta alternativæ turnum, Hispaniarum Provinciæ, quæ suos tres Vocales ad Capitulum Generale non transmittent, jure vocis passivæ ad Generalatum, atque alia Officia, pro ea vice cadant, atque illud, et illa ad alias Provincias obedientes devolvantur. §. eod. » ib.
- Vocales Hispanicarum Provinciarum, erunt respectivi Provinciales ex turno, aliique duo a Diffinitoriis cujuscumque Provinciæ canonice electi, qui ad Capitulum secum ferre tenentur elenchum a respectivis Diffinitoriis juratum, omnium Religiosorum ad Generalatum idoneorum. §. eod. » 80
- In casum non interventus novem Vocalium, prævia Apostolica dispensatione, in Generalem eligi poterit quilibet in supradictis elenchis adnotatus, licet absens a Capitulo §. eod. » ib.
- Vicarii Generalis Officium in Hispania supprimitur. §. eod. » ib.
- Pro substentatione Abbatis Generalis, cujuscumque Nationis, confirmantur omnes, et singuli redditus Abbatix de Rossarno §. eod. » ib.
- Ad substinendas autem alias impensas ad Officium necessarias, nec non ad mantentionem Officialium Generalium, statuendæ pacifice sunt taxæ ab Abbate Generali in generali visitatione ab eo peragenda §. eod. » ib.
- Secretarius Generalis Italicæ Provinciæ, absoluto triennali Officio, ad Abbatiam promoveatur §. eod. » ib.
- Secretarius Generalis Hispanus, qui ex turno Hispanicis Provinciis pertinet, absoluto laudabiliter triennio, et quoties actu fuerit lector Theologiæ, vel jubilatus, absque alio experimento, gradum Magistrii sub nonnullis reservationibus obtinet §. eod. » 80
- Decreta supra relata Emi Protectoris, Apostolica auctoritate confirmavit Clemens XIII. Constitutione hæc §. pag. 80
- MONACHI ORDINIS
S. BENEDICTI.**
- Parrochi Regulares Ordinis Benedictini, exercentes curam animarum personarum secularium, et non comensalium in Parrochiis, licet illæ Monasteriis exemptis sint unitæ, et adnexæ, et cura animarum resideat in Abbatibus, Visitationem Episcopi, sive, per se, sive per alium factam subire tenentur in iis, quæ respiciunt curam animarum. Const. 26. §. 5. et 6. » 73 et seq.
- Ad Episcopum spectat cura clausuræ Monasteriorum Monialium Benedictinis subjectarum, eandemque demandare servandam esse ad præscriptum Sacri Concilii Trydentini. §. eod. » ib.
- Competit Episcopo, Prælati Regularibus Benedictinis prohibere, ne pluries in anno occasione Visitationis ingrediantur septa Monialium sibi subjectarum, sine præsentia ejusdem Episcopi, sive alterius personæ ab eo deputandæ §. eod. » ib.
- Episcopus prohibere potest Regularibus Benedictinis, ne sine examine Ordinarium, Puellas ad habitum, et Professionem admittant, et precise ne ad electionem Abbatissarum exemptarum deveniant, non significata Ordinario die electionis, cui Episcopus sive per se, sive per alium interesse, et præsidere possit. §. eod. . . . » ib.
- Vetitum est Regularibus Benedictinis, in propriis Ecclesiis, insolitam Imaginem, aut sacram Reliquiam, ab Ordinario non approbatam exponere, nec non in dictis Ecclesiis prædicare, petita ab Ordinario benedictione, sive in aliis Ecclesiis sine Ordinarii licentia §. eod. » 74
- Monachi Benedictini, Monasterium in loco Murbaci dicto in Alsatia, Nullius, se Basileen Diœcesis possidebant Anno 726.

extractum ab Eberhardo Sveviae Duce, quod saeculo XIII. incendio, et bellorum injuria deinde vastatum fuit Const. 30. §. 1. pag. 82

Successivis temporibus, praefati Murbacensis Monasterii Abbas, novum construere curavit Monasterium in Castello Civitatis nuncupatae Gebrillae in Alsatia, quae unius leucae spatio a priori Murbacensi distat. §. eod. " ib.

Monasterium, seu Abbatia Murbacensis, ad noviter extractum Monasterium in Civitate Gebrillae, cum omnibus juribus, honoribus, et oneribus transtulit Clemens XIII. §. 3. et 4. " 84

Monachi Benedictini non admittuntur nisi Nobiles sint, et quatuor utriusque lineae paternae, et maternae probationes fecerint. Const. 30. §. 2. " 83

Ecclesiasticis secularibus addictis servitio Monasteriorum, et Granciarum Congregationis Casinensis Sancti Benedicti, quousque in servitio perduraverint, divinum Officium, juxta ritum dictae Congregationis, et Monasteriorum recitare posse permittit Constit. 39. §. 2. " 94

MONACHI BENEDICTINI
CONGREGATIONIS
MONTIS OLIVETI

Ecclesiam B.M. Virginis de Lonigo, cui adnexum est Monasterium hujus Ordinis ex Utinensi Diocesi disjungit, et Vincentinae Diocesi, in cujus Territorio sita reperitur, incorporat, et unit Const. 95. §. 3., et 4. " 248

Passivam exemptionem, ad formam, et terminos privilegiorum generaliter dicto Ordini a S. Sede concessorum praeservat Abbati Regulari, et Monachis pro tempore deservientibus in praefata Ecclesia B.M. Virginis de Lonigo. §. 4. " ib.

MONACHI BENEDICTINI
CONGREGATIONIS
MONTIS VIRGINIS

Exortis quaestionibus jurisdictionalibus, inter Abbatem Gene-

ralem hujus Ordinis, et Episcopum Cuputaquen, cuncta dirimit Sacra Concilii Congregatio per infrascripta decreta, quae deinde Apostolica auctoritate fuerunt confirmata. Const. 57. §. 1. pag. 30

I. Monasterium San. Honophrii nuncupat di Massa diruta esse Nullius §. eod. " ib.

II. Non expedire uti Confessariis ab Ordinario non approbatis, ad audiendas confessiones personarum secularium in dicta Ecclesia S. Honophrii §. eod. " ib.

III. Sacerdotes Seculares, vel Regulares, alterius Diocesis, etiam a proprio Ordinario approbatos, audire posse confessiones personarum secularium de licentia P. Prioris, seu Abbatis pro tempore existen Monasterii §. eod. " ib.

IV. Non esse utendum Fonte Baptismali in eadem Ecclesia posito, nisi consulta ipsa Cardinalium Congregatione §. eod. " ib.

MONACHI CAMALDULENSES

Ne Urna in qua asservari pie creditur Corpus S. Romualdi in Ecclesia S. Blasii Civitatis Fabriani, ullo unquam tempore, e loco in quo de praesenti existit adsportetur, recludatur, aut amoveatur, prohibet sub excommunicationis poena Romano Pontifici reservata Constit. 107. §. 2. " 273

MONACHI CISTERCIENSES

Parochi Regulares Ordinis Cisterciensis exercentes curam animarum personarum Secularium, et non cornensalium in Parochiis, licet illae Monasteriis exemptis sint unite, et adnexae et cura animarum resideat in Abbatibus, Visitationem Episcopi, sive per se, sive per alium factam subire teneatur in iis quae respiciunt curam animarum Const. 26 §. 5 et 6. " 73 et seq.

Abbates sive Parochi Regulares Cistercienses, nequeunt prohibitu, et sine licentia Episcopi constituere modo unam, modo alteram Ecclesiam, sive Cap-

- pellam, in qua Sacramenta a Parrochis subministrentur §. eod. pag. 73
- Ad Episcopum spectat cura clausuræ Monasteriorum Monialium Cisterciensibus subjectarum, eandemque demandare servandam ad præscriptum Sacri Concilii Trydentini §. eod. » ib.
- Competit Episcopo, Prælati Regularibus Cisterciensibus prohibere ne pluries in anno, occasione Visitationis ingrediantur septa Monasterii Monialium sibi subjecti, sine præsentia ejusdem Episcopi, sive alterius personæ ab eo deputandæ §. eod. » ib.
- Episcopus prohibere potest Regularibus Cisterciensibus, ne sine examine Ordinarii puellas ad habitum, et professionem admittant, et præcise, ne ad electionem Abbatissarum exemptarum deveniant, non significata Ordinario die electionis, cui Episcopus, sive per se, sive per alium interesse, et præsidere possit §. eod. . . » 74
- Veritum est Regularibus Cisterciensibus, in propriis Ecclesiis, insolitam Imaginem, et Sacram Reliquiam ab Ordinario non approbatam exponere, nec non in dictis Ecclesiis prædicare sine Ordinarii licentia §. eod. » ib.
- Bibliothecariis Bibliothecæ Sanctæ Crucis in Hierusalem, qui in linguis Hæbraicis, atque Græcis Collegiales Monasterii edocuerint, absoluto septennio, activo, et passivo voto in quibusvis Capitulis Generalibus interesse posse, indulget Const. 35 §. 4. » 90
- Post aliud decensium expletum in eodem Bibliothecarii munere, Abbatis titularis prærogativas cum voto activo, et passivo in Capitulis Generalibus tribuit. §. 5. » ib.
- Quod si plures Monachi, munus prædictum in præscripto tempore expleverint, ille tantummodo, qui primus Bibliothecarii munus absolverit, Magisterii titulum, cum voce activa, et passiva in Capitulis Generalibus obtinere debere, declaratur §. 6. » ib.
- Si vero plures, per decem, et septem annorum spatium in Officio Bibliothecarii perstiterint, unus tantummodo qui dignus ex illis censeatur, in Abbatem titulare eligendum esse præscribitur §. eod. . . pag. 74
- Ratione autem talis muneris, pluries eodem tempore ad Abbatis Regiminis, sive Guberni nominari posse permittit §. eod. » ib.
- Absolute præscripto tempore in munere Bibliothecarii, si quis in Urbis Monasterio remanere desideraret, id ei concedendum, de licentia tamen Diffinitorii Patrum, vel Regiminis Ordinis, at in Officio Bibliothecarii, et Lectoris, continuare debere mandat §. eod. » ib.

MONACHI PRÆMOSTRATENSES

- Parochi Regulares Ordinis Præmonstratensis exercentes curam animarum personarum secularium, et non comensalium in Parrochiis, licet illæ Monasteriis exemptis sint unitæ, et adnexæ et cura animarum resideat in Abbatibus, Visitationem Episcopi, sive per se, sive per alium factam subire tenentur in iis, quæ respiciunt curam animarum. Constit. 26 §. 5. » 73

MONIALES

- Cura clausuræ Monasteriorum, Monialium Regularibus subjectarum spectat ad Episcopum, cui jus est demandare, ut leges clausuræ serventur ad præscriptum Sacri Concilii Trydentini Const. 26 §. 5, et 6. » 73
- Competit Episcopo, Prælati Regularibus prohibere ne pluries in anno, occasione Visitationis ingrediantur septa Monasterii Monialium sibi subjecti, sine præsentia ejusdem Episcopi, sive alterius personæ ab eo deputandæ §. eod. . . » ib.
- Episcopus prohibere potest Regularibus ne, sine examine Ordinarii, puellas ad habitum, et professionem admittant §. eod. » ib.
- Nequit ad Abbatissarum electionem deveniri in Monasteriis Regularibus subjectis, non si-

gnificata Ordinario die electionis , cui Episcopus , sive per se sive per alium interesse , et præsidere possit §. eod. pag. 75
Jus est Episcopo rationes exigendi ab administratoribus bonorum temporalium Monasteriorum exemptorum Monialium , et in administratores delinquentes animadvertere , illosque ad reliquatum solvendum cogere , et prohibere ne dotes alienentur , sine indulto Pontificio et Episcopi licentia §. eod. » ib.
Sine speciali Episcopi approbatione nequeunt in Confessarios Monialium exemptarum destinari Confessarii alias ab Episcopo approbati ad audiendas confessiones fidelium utriusque sexus §. eod. . . . » ib.
Ut Regulares facultatem obtineant audiendi confessiones Monialium exemptarum , tenentur personaliter se præsentrare Episcopo , neque sufficit a Superioribus de sufficientia , et idoneitate testimonium transmitti §. eod. . . . » ib.
Confessarii Regulares pro audientis confessionibus unius Monasterii Monialium exemptarum , vel pro una vice approbati , nequeunt censi semper et pro omnibus Monasteriis Monialium approbati §. eod. » ib.
Vetitum in Urbe fuit , ne puellæ ad habitum Religionis Monasticæ recipiantur nisi integram dotem in Æde S. Spiritus , aut Montis Pietatis depositaverint Const. 38 §. 2. . . » 39
Imo vetita etiam Monastici Capituli convocatio pro Puellæ admissione ad Novitiatum , antequam integrum dotis depositum sit confectum §. eod. » ib.
In casu inobservantiæ , pœna suspensionis contra Superiorissam Monasterii indicitur , et Monasterio prohibetur postulatio contra Novitiam majoris summae , ultra quantitatem depositam §. 3. . . . » ib.
Adversatur Trydentini Concilii sanctionibus , Monasteria Monialium in loco aspero collocare , incolis vacuo , et ab hominum frequentia semoto Const. 101 §. 1. . . . » 265

MONIALES S. AUGUSTINI
 CURIEN DIOECESIS

Ex peculiaribus statutis , et privilegiis hujus Monasterii a Sancta Sede approbatis , licet ejusdem Monialibus nominare Præsbhyteros cujuscumque regionis ad Beneficia , seu Cappellanas Monasterii Collegio , seu Convictui unitas , et incorporatas Const. 28 §. 1. . . . pag. 304
 Itemque nominandi omnes , et singulos Ministros , et Officiales seculares pro servitio eorum Collegii , seu Convictus §. eod. » ib.
 Quæ sane privilegia constitutione hac confirmata fuere §. 3. » ib.

MONIALES SALESIANÆ

Prævia revocatione cujuscumque præcedentis privilegii Altaris privilegiati , unum pro quacumque , Ecclesia Monasteriorum Monialium Visitationis B. M. V. Immaculatæ sub instituto S. Francisci Salesii , ab Ordinariis locorum semel tantum designandum concessit Clemens XIII. Const. 99 §. 1. » 262
 Dies designati fuere speciales , queis in dictis privilegiatis Altaribus , celebrantibus Sacerdotibus , sive Secularibus , sive Regularibus a Purgatorii , pœna liberatur anima sive Monialium , sive illarum consanguineorum , et affinium primi , et secundi gradus , tandem Benefactorum prædictorum Monasteriorum §. eod. . . . » ib.
 Quod sane privilegium extensum fuit ad quodlibet Altare Ecclesiarum prædictarum in anniversariis obitus , depositionis , ac tertia , septima , et trigesima die post obitum cujuscumque ex prædictis Monialibus §. eod. . . . » ib.
 Indulgentiæ plenariæ perpetuæ statutis diebus conceduntur universis Christifidelibus vere penitentibus , et confessis , ac sacra Comunione refectis , qui aliquam Ecclesiam Monasteriorum hujus instituti visiterint , ibique pie oraverint pro Christianorum Principum concordia , hæresim extirpatione , et S. Matris Ecclesiæ exaltatione Const. 100 §. 1 » 264

- Itemque Indulgentia plenaria pro universis Christifidelibus confessis, et Sacra Comunione reffectis ut supra, et dictas Ecclesias visitantibus, et orantibus in expositione SSmæ Eucharistiæ Sacramenti in dictis Ecclesiis facienda prima, et feria sexta cujuslibet mensis §. eod. pag. 254
- Recensentur aliæ peculiare Indulgentiæ, tam pro Universis Christifidelibus, quam pro Monialibus hujus instituti §. eod. " ib.
- Indulgentia alias ad septennium duraturas, pro nonnullis peculiaribus piis operibus, et statutis diebus concedit Constit. 101 §. 1 " 265

N

NUNCIUS POLONIÆ

- Poloniæ Nuncio facultates tributæ fuerunt conferendi tres Canonicatos, et Præbendas in Metropolitana Ecclesia Gnensnen in mensibus S. Sedi reservatis per obitum illos obtinentium primo vacaturos, et ad nominationem Archiepiscopi Gnensnen Const. 56 §. 1 " 129
- Qui sane ita nominati, et instituti, Apostolicas Literas sub plumbo expedire tenebantur intra octo menses a collationis die sub pœna privationis §. 1 et 4 " ib.
- Eædem facultates prælaudato Nuncio tributæ fuerunt pro tribus Canonicatibus in Cathedrali Ecclesia Culmen, et sub iisdem legibus Const. 58 per tot " 131

O

OLEUM SANCTUM

- Sacra Olea ab Episcopo accipere tenentur Parochi Regulares cujuscumque Ordinis illi sint, quamvis Abbates Const. 26. §. 5. et 6 " 73
- Cardinalis Archipresbyter Vaticanæ Basilicæ, quotiescumque Episcopali dignitate sit insignitus, Sacra Olea perficere potest Alloquut. 16. §. 3 " 45

ORDINATIO

- Nihil præstantius, quam Sacerdotalis Ministerii Ordinationi, diuturna sacrarum rerum contemplatione, multisque ascensionibus chordis in Deum se comparare. Epist. 106. §. unic. pag. 272
- Cardinalis Archipresbyter Vaticanæ Basilicæ quotiescumque Episcopali dignitate sit insignitus, Vaticanæ Cleri Ordinationes habere potest. Alloquut. 16 §. 3 " 45

ORDO MILITARIS

SS. MAURITII, ET LAZZARI

- Rex Sardinæ est hujus Militaris Ordinis supremus moderator, et Magnus Magister Constit. 98 §. 2 " 255
- Per concordiam initam Anno 1758 die 21 Maii, inter Sardinæ Regem, et Archiepiscopum Calaritanum, qui directum sibi asserebat jus in Insulam Sulcinatensem S. Antiochi, Insula ipsa cessa fuit favore hujus Militaris Ordinis pro illius erigenda nova Comenda §. 4. " 256
- In hac vero cessione præfinitus fuit modus divisionis, reddituum Insulæ, inter Regium Sardinæ Ærrarium, Archiepiscopum Calaritanum, et Militarem Ordinem SS. Mauritii et Lazzari §. eod. " 258
- Itemque casus contemplati, quo actuales Insulæ redditus, futuris auferentur temporibus §. eod. " ib.
- Quæ sane pactiones, ex speciali reservatione, fuerunt deinde Apostolica auctoritate confirmatæ §. 9 " 261

P

PARROCHUS

- Parrochi Regulares cujuscumque Ordinis illi sint, exercentes curam animarum personarum secularium, et non comensalium in Parrochiis, licet illæ Monasteriis exemptis sint unitæ, et adnexæ, et cura animarum resideat in Abbatibus,

Visitationem Episcopi , sive per se , sive per alium factam subire tenentur in iis , quæ respiciunt curam animarum Const. 26. §. 5 et 6 pag. 73

Parrochi Regulares , procuracionem solvere tenentur , vocati ad Synodum , accedere sunt cogendi , Festa Diœcesis populo annunciare , et celebrare debent , tandem Chrisma , et Olea Sacra ab Episcopo accipere §. eod. " ib.

Nequeunt Regulares dari in coadjutores Parrochorum a Superioribus Regularibus sine expressa licentia Episcopi §. eod. " ib.

Abbates , et Parrochi Regulares , nequeunt pro libitu , et sine licentia Episcopi , constituere modo unum , modo alteram Ecclesiam , sive Cappellam , in qua sacramenta a Parrochis subministrentur ibid.

Prælati Regulares , quoties purum Juspatronatum Parrochialium habeant , vel acquisitum vel cessum a Laicis , tenentur præsentare Episcopo Sacerdotes seculares pro Parrochi munere obeundo , neque istis possunt Monachos substituere , eosque pro libitu removere , absque Episcopi assensu §. eod. " ib.

Iniquum est , eum , qui suos labores , et cogitationes , ad animarum curam convertit , inopia conflictare , eique necessaria vitæ deesse Const. 102 §. 4 " 267

PASCHA

Celebratione Paschæ , omnium solemnitatum dignitas est consecrata Const. 103 §. 1. " 270

Per jejunium ad Paschaliûm Sacramentorum mysteria , paratiores accedimus , et in ejus resurrectione resurgimus , in cujus Passione , deposito veteri homine sumus commortui §. eod. " ib.

PAUPERES

Pauperibus prodest , ut qui inter Ecclesiasticos cæteris dignitate præfulgent , redditibus quoque abundantius fruuntur , unde abundantius eleemosynas , et

Bull. Rom. Tom. I.

largitiones in egentes , ac miseros effundere queant. Const. 22 §. 4 pag. Ecclesiarum enim bona sunt pauperum patrimonium §. eod. " 60

PIETAS

Fervente in populis sincero pietatis cultu , publicarum legum observantia , Regnorumque felicitas constabillitur , ac Reges ipsi , et subjectæ illis nationes , Divinæ protectionis præsidio magis communiuntur Const. 29 §. 2 " 81

PRÆDICATIO

Prædicare non possunt in propriis Ecclesiis Regulares , non petita ab Ordinario Benedictio- ne , aut in aliis Ecclesiis , sine Ordinarii licentia Const. 26. §. 5 " 74

PRINCEPS HOHENLOCHICUS

Illustris hujus Principis Religionem , et gesta pro Catholica fide comendat , atque ut prosequatur in laudabili operè hortatur ferventissime Epist. 130. §. unic. " 306

PRINCIPES ELECTORES S.R.J.

Principibus Electoribus S.R.J. qui Antistites sint , indultum tribuitur , conferendi Ecclesiastica Beneficia in mensibus Apostolicæ Sedi reservatis vacantia , sive quibuscumque canonicis causis eidem sibi affecta Epist. 12 §. 3 " 37

Vide *Germanici Imperii Electores* .

PRIVILEGIUM

Privilegia Dapiferorum. Vide *Dapiferi*.

Privilegia Conclavistarum . Vide *Conclavistæ*.

Privilegia pro Cappellanis Pontificiis. Vide *Cappellani Pontificii*.

Privilegiis , exemptionibusque Cardinalium , detrimentum si afferri contigerit , egre id semper tulerunt Romani Pontifices. Const. 22 §. 2 " 59

Privilegia pro Familiaribus Pontificiis. Vide *Familiares Pontificii*.

Privilegium Notariatus Apostolici cum habito Prælatitio, perpetuo conceditur Plebanis pro tempore Collegiatae Ecclesiae S. Felicis Venetiarum, in qua Summus Pontifex Sacro Baptismate fuit regeneratus Const. 37 §. 2. pag. 92

PRIVILEGIUM FORI

Vide. *Homicidæ*

PROHIBITIO LIBRORUM

Opus uno, alioque idiomate vetitum, proscriptumque, quacumque alia lingua postmodum exhiberi contingat, eadem proscriptio notatum intelligitur Const. 23 §. 1. " 61

Italico idiomate traductum opus cui titulus = *Storia del Popolo di Dio dalla Nascita del Messia, sino alla fine della sinagoga. seconda parte* = Una cum dissertationibus, et Apologia proscriptis Benedictus XIV. per Literas in forma Brevis diei 17. Febr. 1758 §. 2. " ib.

Et Clemens XIII. constit. hac diei 2. Decembris 1658, sub gravissimis censuris damnavit opus aliud Gallico Idiomate perscriptum, et in plures Tomos distributum, cui titulus = *Histoire du peuple de Dieu, troisième partie* §. 3. " ib.

Librum Gallico idiomate publicatum, cui titulus = *De l'Esprit* utpote refertum propositionibus impiis, scandalosis, atque hæreticis damnat, et reprobat Const. 34. §. 4. " 88

Opus cui titulus = *Encyclopedie, ou Dictionnaire raisonné des sciences, des Arts ec.* = utpote refertum propositionibus contra Christianam pietatem, et morum disciplinam damnavit S. Congregatio Indici Librorum prohibendorum, et expurgandorum præposita Const. 84. §. 1. " 223

Illud, et subsequutam editionem, licet emendatam, notisque refertam, attamen falsas, et perniciosas doctrinas continentem proscriptis Sacra Cardinalium

Congregatio Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem §. 2. et 3. pag. 223

Decreta prælaudatarum Congregationum confirmavit, et approbavit Pontifex, et opus ubique, quocumque idiomate, et etiam cum notis, et correctionibus impressum perpetuo damnavit, prohibuit, et ne retineri a quovis posset, sancivit, severioribus Ecclesiasticis pœnis adjunctis §. 4. " ib.

PROCURATIO

Parochi Regulares cujuscumque Ordinis, tenentur solvere Procuracionem Constit. 26. §. 5. et 6. " 74

Q

QUADRAGESIMA

